litatum fit generatio quedam simplicium i. elementorum
in motiva actione consistit. Ubi vero est. Quando vero
causa est tempus. Ubi vero locus. Sic autem corpus
quia scilicet positus est. Compactus dicitur quadrilateria
triangula ad generationem predominiorum autem id
est primarum subiectorum corruptio quando est imperfectius
i. inequalitatibus maiorum contrariis quo vero in ele
mentis secundarum vero subiectorum causa individua
sunt. Recipiunt autem facere et pati contrarietates
et magis ac minus. Nam calefacere et frigi
dare contraria sunt et magis ac minus recipi
unt. Similiter et certare et coniunctionem facere. Ca. xxvii De predicamento passionis

Passio est effectus illatioque
actionis scilicet effectus respectu agentis et
illatio respectu actionis. Secundum hanc aliqua
patiuntur magis et alia minus. Sunt autem quedam
animata ceteris nobilioris complexionis
vel potentie ut brutum arbore quia scilicet plures
sunt virtutes anime quam arbor. Nam vegetativa
est sunt virtute generativa nutritiva augmentativa
brutum vero superaddit motiva et apprehensivam
animaliorum quoque sunt variabiles virtutes ex
preter quarum virtutes corporales sunt etiam intellectivae
Anima vero que de qualitate dicta sunt i. de actione
quantitate passionum etiam de passione [illegible]
in rebus generata dici possunt. Quedam tamen
placite non recta sed tantummodo generata quia scilicet in ca
pitulo de actione passio considerata est in gene
ratione sed autem nisi in substantie. Dicitur autem
passio multiplicatur omnibus secundum quod unaquaque
actio anime passio dicitur ut amor odium tristi
tia gaudium. Hec enim omnia sunt passibiles ac
actiones. Aliomodo id quod innatum agit cum non
valet ut quies certitudo vel etiam amaritudo
et dulcedo et huiusmodi que passionem inferunt sic autem
est passio etiam species qualitatis. Tertio modo pa
tientibus immediata conficit sumitur sic non est a
passio in agente sed in eo cum actio suscipit
[illegible] Certa de hanc materia multis de qua
tunc tractantur. Decimo primum de similitudine et
corporis. Omnino quidem simile assimilatione
bile est non pati. Est enim alteri dissimile
Non enim albedo albedine patitur autem quis nisi
secundum accidens ut si alba est nigra sit [illegible]
Necesse est itaque faciens et paciens esse simile
eidem genere sed non dissimile. Contrarium similatum
est cum corpus a corpore pati. Saporem a sapore
calorem a calore. Universaliter homogeneum ab
homogeneo. Huius causa est quod medio que
contraria sunt omnia contraria vero agunt et pa
tiuntur ab invicem. Itaque passiva et activa invicem
sunt contraria et media. Unde [illegible] quando
fit corruptio priorum ubi agens assimilat sibi
patiens. Quemadmodum necesse est patiens magis
et transmutari sic enim contrarium erit quando
dum scilicet agens priorem suam quidem [illegible]
Quemadmodum autem in movere primum quidem movens

Ca. xxvi de predicamento actionis

xxvii De predicamento passionis

inest prohibet esse in mobile in quibusdam autem etiam verum est ut in prima causa ultimum non inanimatis vero est non sit innata sed primum quidem agens impassibile est ultimum autem passibile. Nam quecumque non habent eandem materiam agunt et impassibilia sunt. Ut medicina faciens sanitatem nichil patitur a sanato ipsa est enim prima agens. Cibus autem cum sit ultimum agens ac tangens ipse patitur aut enim calescit aut infrigidatur aut aliud quid patitur simul agens. Materiam quidem dicimus eandem esse contrariorum libet utrique secundum quod materia passiva est. Cum enim non indivisibilem vel contrariorum vero est impassibile dicitur. Non enim possibile est pati nisi secundum actum secundum quod molle non dicitur aliquid in patiendo sub actum enim molle. Hoc licet ergo pretermittere.

Ca. xxviii de predicamento quando

Quando non est quam coadiacentia temporis relinquitur tempus aut quod non est res nisi tempus temporis et quantitatis que quanta est. Quando est etiam quod secundum divisionem temporis. Nam aliud quidem relinquitur ex preterito aliud ex presenti aliud ex futuro preteritum aut futurum quantitates sunt contermina ad presens preteritum quidem non quod in subiecto permaneat sed quod in processu suo et nunc presens est quia secundum partes eius copulatur ad presens vel quia quod semel est preteritum semper est preteritum futurum non quia nectitur contingit futurum secundum quod in rerum futurum. Sed autem id quod futurum est tempus abiit secundum quantum ad essentiam temporis. Hec tria copulantur ad invicem sine presenti preteritum et futurum ad presens copulate reducuntur. Quandoque tempus est vel erit vel fuit in eodem tempore est vel erit vel fuit quia secundum tempus quod dicitur aliquid secundum causatur. Quando itaque quod presens est cum ipso presenti simul est et preteritum cum preterito et futurum cum futuro. Hoc ergo differt quando ab eo quod est ubi quia ubi et locus aliquid sunt magis inmediata sunt quod ubi inmutabile est vel inmutabile locus autem inmutabile vel aut tempus nunc primum quod futurum est postea non presens ac tamen preteritum sic et nunc et id presens quod futurum est secundum quod presens preteritum non preterito. Item sicut tempus aliud simplex secundum quod nunquam apprehendi non potest aliud non compositum ut in hora dicitur quod secundum compositum actione est sic et quando aliud simplex secundum quod in momento et nunc est aliud compositum ut in hora die ebdomada et huiusmodi. Item sicut partes temporis sibi sine mora succedunt sic et partes quando differunt autem tempus et quando quia secundum tempus est aliquid mensurabile ut motus diurnus at secundum quando aliquid mensuratur sed secundum id dicitur aliquid temporale etiam variabile. Inest autem cum quando suscipe magis et minus quia secundum quod est dicitur ad aliquid dicitur alio non hoc est secundum naturam

temporis sed secundum naturam distantie. Quando quod inest est contrarium nam quando quod est presens semper et idem et de futuro est et de preterito impossibile autem est de eodem predicando duo simul contrarium predicari. Est autem quando manet eo quod incipit esse ut est corpus anime nam quod corpus aliquando est et suscipit tempus aliquod aliquando aliud cum in estate non et sic simul. Anima corpori secunda cum anguis speculantur in hyeme quidam in estate secundum in stimulo compositiones corporis. Anima enim quieta compositiones eius contingit ut que aride et gelide compositiones sunt demortuorum in autumpno sepe fiunt tenuibus non sic in duabus in vere. Similiter et in aliis fit secundum similitudinem corporum animalium et temporum.

Ca. xxix de predicamento ubi

Ubi est circumscriptio vel tota vel circumscriptio corporis a loci circumscriptione procedens. Locus est enim quod capit aliud non quod capitur. Videtur autem non omni rei adesse anima et cum in corpore est quia nullum locum occupat vel implet. Nunquam enim locus alio occupatus eo tantum potest aliud capere occupante permanente. Nam et utrum advenientes medio non potest ingredi nisi aere quo implet expulso. Nequaquam igitur duo localia in eodem loco simul esse potuerunt nec idem unum in diversis. Anima vero autem aliud capere potest cum anima sit corpus quare localis non erit anima vel locum cum non occupat. Similiter et alia quecumque corporis vero non habent loca circumscriptione carent. Hec autem quoniam utrumque id sit in diversis locis. Et cum vox non sit aer in auribus diversorum est quare corpus idem in diversis locis est. Dicitur simul et unum et idem totum in pluribus impossibile est in venire si dicitur pro diversorum sensibus esse ymaginabiliter sequela namque similiter vel quod diversorum sensibus sensata motus figuraliter se granante ad similitudinem simile vocis quia secundum vox prima hoc re prolata generat aliam sibi in mediata similem ymaginem illa et in aliam et sic deinceps donec perveniat ad aures diversorum sicut fit in circulis ad quantitatem magna cum illi lapis proicitur. Unde secundum hec videtur quod quedam vox non sit animal illa secundum que ymaginabiliter fit quia non perfert abalienum ad alteram autem quod necesse animalis esse dicimus quecumque in superficie fit quin sit alia non perferat. Aliud vero extra patens unde et unius quod vox ad aures diversorum dirigitur non tamen una et eadem secundum est se diversorum ad aures attingit. Ubi autem aliud est simplex secundum quod a simplici loco procedit aliud compositum secundum quod a composito locus simplex est digito constitutus cuius que continuum est quod secundum continet tale totum quod est indivisibile de sua parte. Compositus autem ut dictum est. Est autem particulas copulatas ad eundem

finium ad quem corporis particule quinque
corporis non potest ad punctum sed quia ad in
tumescens primo cum principaliter copulantur
ad superficiem igitur loci particule soliditatis
particulas claudunt. Et cum loci simplicior
omni corporis occupativa sunt quia nec
locus sine corpore nec soliditas est sine
loco. Quis autem dubitatio de sphera continua
sed cum locus cum malis esse non potest quod
ambitur sed quod ambit sed continentibus igitur
nobis illam spheram esse localem continentie
unde est aliud preter eam esse in quo conti
nuitas eius consistit. Nichil autem est quod
illam quia continuitas eius in loco non
est de hiis non determinare in absolutum quid est
et occultum et contra sensum humanum. Caret autem
ubi intentione. Nam cum altum alto dicatur
esse magis in loco hic maiorem locum possi
dere. Ubi quoque non inest contrarietas sic
nec loco. Nam etiam sursum et deorsum que
maxime a se distare videntur contraria non
sunt, alioquin duo eidem contingeret inesse
contraria et insuper idem esse sibi contrarium
nam idem cum est sursum et deorsum comparatione
diversorum.

Capitulum xxvii de predicamento situs

Positio est quedam situs partium et re
ctitudinis et coordinatio i. rei generate secundum
quam dicuntur distancia et sedentia, asperitas
et lenitas vel quolibet aliter disposita. Habet
tamen quasi de aspero et leni recto et curvo
triangulo et similibus utrum secundum positiones sint dubi
tatem. Cum partium disposita significare videtur
asperum enim dicitur cuius situs una alti superemi
net, lene autem cuius particule equaliter porrecte
sunt utrum hec et alia predicta positiones non
sunt sed qualitates circa situm consistentia. Porro
namque cum partes sic disposite sunt talia
sensibus videntur. Auctor: de equali sed pone
lene apparet alium et non inequali asperum
quod videtur hec quam in predicamentis sed quod as
perum et leve sunt positiones et non qualitates. Et
dico nota quod asperum et leve dupliciter est con
siderare secundum positiones corporum causantem secundum efficientem
et sic positiones sunt vel positiones formalem et sic
qualitates. Item nota hic de duobus membris
que posita sunt in diffinitione positionis secundum situs
partium et [illegible] ordinata post [illegible] dimissio
positionis que ponitur in fine capituli. Quedam
enim innata est a principio secundum primum sibi na
turalis coordinatio et hoc est intellectus
adveniens ut ea que [illegible] vel
inequalibus vel equalibus inest alia vero
a subiecto motu nature et hec [illegible] ut
sessio statio et huiusmodi. Porro sursum autem
videtur situs contrarietate ut sedere et stare
que simul in eodem esse possunt contraria sunt
sed tamen videtur secundum sermonem pluribus [illegible]

stare. Non enim magis videtur sedere contrarium
ad stare quam ad accumbere hoc dicitur esset in
quiescens et nam est pallidum albo contrario
videtur contrarium non tamen est quia cum
utroque medium esse palloris et huiusmodi colo
res sunt secundum medium ex albo et nigro confici
untur. Verum iacere et sedere non sunt eiusdem
nature nam sedere etiam [illegible] iacere autem
et accumbere etiam circa [illegible] ideo non
sunt contraria. Hec autem positionis est nec
etiam manus licet nunc supine nunc cum
pedes manus vel nunc alterius dicatur vel ac
[illegible] aut [illegible] esse [illegible]
[illegible] omnibus aliis formis
supponitur.

Capitulum xxviii de predicamento habitus

Habitus autem est corporum et circa corpus que circa
corpus sunt adiacentia. Corporum secundum
quod habitum et corpus que circa corpus [illegible] corpus
que habitum tam corporum quam non corporum
unde secundum hec quod hec illa non habere
dicuntur non secundum totum sed secundum partes ut
calciatum esse secundum pedes dicitur. Incipit
autem habitus maxime armatior enim
[illegible] dicitur et calciator quam cum calcius
calciamentis est quam qui cum calcius solum
in habitu non inest est enim primum est ante
habitus [illegible] quod ut in corpore [illegible]
que circa corpus sunt [illegible] secundum partium
diversorum. In principiis autem aliis [illegible]
sed inequalitate solum [illegible] que sunt ad
aliquid [illegible] et in [illegible]. Nichil enim tot
partibus distribui possibile est ut [illegible]
[illegible] ad aliquid vero ut est similitudo et
dissimilitudo hec enim pluribus similibus et dissi
milibus insunt. Non autem omnis qualitas
aut relatio huius est habitus vero in pluribus
nobis consistit. Quare magis proprium eius
est quam alicuius alterius. Postremo predicamentorum
hic autem multis modis dicitur secundum aut qua
litatem aliquam ut scientiam vel virtutem
aut quantitatem ut magnitudinem. Aut ea
que circa corpus sunt ut vestem aut
in membro ut anulum in manu. Aut in
membro ut manum vel pedem. Aut in vase
i. [illegible] ut in lagena vinum. Aut in pos
sessione ut domum vel agrum. Aut etiam se
cundum uxorem hic dicitur et uxor viri. Sed
[illegible] modus alienissimus esse videtur in eo quod
est hec. Nichil enim aliud dicimus uxorem
hic quam cohabitare. Fortasse et alii modi ha
bendi apparebunt sed hii sunt quod dici consue
verunt. Auctor: [illegible] corpus con
[illegible] quedam insunt quedam non. Et
corporum que insunt quedam [illegible] natura
ut pars a toto quedam [illegible] ut nove
predicamenta accidentalia. Corporum vero que non
insunt quedam adiacent quedam non ut

possessiones. Eorum autem que adiacent que-
dam secundum continuatorum. Et horum quedam ad to-
tum ut indumentum, quedam ad partem ut a-
nulus. Quedam autem secundum discontinuatorum
et horum quedam ad totum ut indumentum ad-
iacens corpori ut vestis, aliquid quedam in parte ut
vir uxor. Ex libro sex principiorum. Capitulum
xxviij de qualitatis predicamento scilicet de magis et minus

Dicitur autem magis et minus suscipere tripliciter.
Dicuntur enim quedam magis et minus causa-
ri secundum circumstantiarum diminutionem eorum
que suscipiunt subiectorum. Et sic est nulla
varietas formarum quia sub eadem cum magis et minus
dicitur. Exemplum: parvus lapis minor lapide dici-
tur qui magna intencione vel remissione passus
est et margarita albior equo licet secundum sub-
iecti magnitudinem equalem est. Alii vero
dicunt secundum ipsius accidentis quantitatem. Et
si verum esset utique magis albus homo vel
equus quam margarita dici posset. Quamvis
maior albedinis quantitas accidit equo quam
margarite set secundum extensionem non secundum
intensionem. Alii dicunt secundum incrementum et
subiecti capacitatis augmentum et diminutionem.
Quam primam rationem opinionis destructa destru-
itur et ista. Itaque magis et minus dicuntur accidenti-
a secundum quod propinquiora vel remotiora fu-
erint sine permixtione contrarii ... ut album
dicitur magis quod est pura albedo. Quanto igitur
aliquid a nigredine impermixtione attendens propius in-
fecerit albedine tanto magis album apparere
habitum. Illa autem subiecta non suscipiunt magis
et minus sicut accidentia quia terminus in
...mo est quem transgredi impossibile est. Et
et quedam accidentia sine magis et minus sunt
ut triangulus et quadrangulus quia in sui ratione
significationem semper ultima attingunt. Nam quod
triangulo equalitas intenditur et corporis
quadrangulatio vel etiam rectitudo ...
quia secundum ... in ... facta est ultra
quem transgredi possibile non est. Et quia ad
modum ... simplicitatis. Capitulum xxix de oppositis.

Dicitur autem aliud alii opponi quadrupli-
citer. Quedam ut relativa que secundum ca-
pitula que sunt oppositorum dicuntur, aut quo-
libet aliquo modo ad ea secundum dativum vel ablativum relata.
Quedam vero contraria et horum quedam sunt in-
mediata quorum scilicet alterum subiecto in quo nata
sunt fieri necesse est inesse ut sanitas et egri-
tudo per ... Quedam vero mediata quo-
rum scilicet non est necesse alterum esse susceptibili. Et
in quibusdam horum nomina posita sunt hiis
que media sunt ut album et nigrum subfuscum
pallidum et huiusmodi, aut non set per abnegatio-
nem extremorum negationes determinantur ut neque bo-
num neque malum quod medium est ut equalitas
super habundantia set hoc verum est pluribus aut

bonum malo contrarium est. Contraria idem vero autem spe-
cie aut genere secundum naturam habent fieri contrari-
etatibus ut languor et sanitas in corpore ani-
malis albedo et nigredo simul in corpore.
Necesse est autem utrumque contrariorum esse vel
in eodem genere ut album et nigrum sub colore
vel contrariis generibus ut iustitia sub virtute
iniustitia sub nequitia vel ipsa esse genera
ut bonum et malum que non sunt in genere set
et genera aliorum. Item contrariorum mediatorum que-
dam sunt quorum neutrum determinate inest
ut albedo et nigredo homini. Quedam vero determinate
alterum ut caliditas igni et candor nivi. Que-
dam autem ut privatio et habitus circa idem de
aliquid fieri habent. Dicuntur autem privari omnibus
modis susceptibilium habitus quando aptum
natum est habere nullo modo habet ut edentulum
vel cecum non qui non habet dentes aut
visum set quia quando contingit habere non habet.
Differunt autem hec a contrariis quia ab utroque contra-
riorum in aliud potest fieri mutacio nisi alterum
insit naturaliter ut igni caliditas; a privatione autem
in habitum mutari impossibile. Quedam vero ut af-
firmacio et negacio in quibus solis semper est
semper alterum eorum esse verum et alterum falsum.
Omnia namque supradicta sine ulla complexione
sunt. Istorum autem in ... vel ... est.
Capitulum xxx de priori quod est quinque modis dicitur

Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter.
Primo quidem et proprie secundum tempus ut quod
est antiquius. Secundo quod non convertitur secundum
subsistendi consequentiam ut unum duobus.
Duobus enim existentibus consequens est unum esse
set non convertitur. Tertio secundum quemdam ordinem
ut in grammatica elementa sillabis et in rethori-
ca prohemium narratione. Quarto quod me-
lius est et honorabilius. Et hic modus pro-
prietate specie alienus est a ceteris. Videtur
autem preter hec alius esse modus. Eorum enim
que convertuntur secundum esse consequentiam aliud quod
alterius qualibet causa est digne prius na-
tura dicitur ut si homo est verum est ... quia
dicitur esse homo et e converso. Ipsa autem res
est causa quare oratio vera sit et ideo na-
tura prior est. Dicitur igitur quinque modis prius dicitur.
Simul autem dupliciter circa esse dicuntur. Sim-
pliciter quidem et proprie secundum tempus ut quorum
generatio est in eodem tempore. Secundo vero na-
turaliter scilicet quecumque convertuntur secundum quod est
esse consequentiam, cum tamen neutrum non sit ca-
usa alterius ut duplum et dimidium. Similiter et
ea que ex eodem genere condivisa adinvi-
cem dividuntur ut volatile gressibile et aqua-
tile que ex opposito animal dividuntur natura
simul sunt. Genera vero semper priora sunt quia
non convertuntur secundum quod est esse consequentiam. Motus
autem species sunt sex: generatio, corruptio, ...

quem est quies motibus aut particularibus que per singula sunt, scilicet generacio corporis augmentacio diminucio. Et eciam locis autem mutacioni secundum locum quies videtur opposita et forte magis in locum mutacio et ei que est sursum ea que inferius. Alteracioni vero non videtur aliquid esse contrarium nisi forte secundum qualitatem quies vel in magis qualitatis mutacio. Est enim alteracio mutacio secundum qualitatem. Auctor. Nota quod motus dupliciter potest considerari aut secundum quod est actus imperfectus cuiuslibet rei naturalis et est materia deducens sibi naturalia in esse et sic est tendens. Aut secundum quod est perfectio naturalis potencie et sic opponitur quieti contrarie generacio quidem et corrupcio non sunt proprie motus sed mutaciones. Augmentum est autem perfectio adquisita. Diminucio vero est perfectionis perdicio sui.

Ca[pitulum] xxxii de libro periarmenias

Sequitur de hinc liber periarmenias subtilissimus minus conparatus formulis sillogisticis cautissimus de quo dicitur Aristoteles quando periarmenias scripsit calamum in mente tingebat. Nomen quippe res que una est et una significat sermone. Aut res nomine significatur. Aut verbum que due partes oracionis interpretantur totum quidquid concepit mens ad eloquendum. Omnis enim elocucio concepte rei mentis interpres est. Hanc Aristoteles ... in vero composicione efficiendis sermonibus subtilissimus periarmenias vocat quam interpretacionem nos appellamus scilicet quod res in mente concepta per latis sermonibus interpretetur per cataphasim et apophasim id est affirmacionem et negacionem. In hiis namque periarmeniis supradictus philosophus de xii speciebus tractat id est de nomine et de verbo et oracione et enunciacione affirmacione negacione de contradiccione. Auctor. Quandoque ut dicit Aristoteles una est scientia que est unius generis cuius partes conveniunt et passiones per se considerat. Sciendum quod dyaletica dupliciter consideratur. Uno modo ut ars et sic docens est et sic non est aliquam generis determinata et sic traditur in libro topicorum. Alio modo ut est scientia et traditur in libro priorum et sic logica est de sillogismo. Agitur in libro predicamentorum agit Aristoteles de materia remota sillogismi scilicet de terminis. In libro autem periarmenias de materia propinqua ipsius sillogismi scilicet de enunciacionibus. In libris autem priorum agit Aristoteles de sillogismo plenarie. In libris primo topicorum et posteriorum et elenchorum de partibus id est de speciebus ipsius sillogismi. Et nota quod in libro predicamentorum agit Aristoteles de predicabili et subicibili in[illegible] sed aut libro ipse de enunciacione que alio nomine dicitur interpretacio. Secundum hoc iste liber est de enunciacione de interpretacione intitulatur. Nam periarmenias composita greca est et equivalet sive compositum de hermenias quod grece idem est quod interpretacio latine. Unde hic periarmenias genitivus est et ponitur pro ablativo more grecorum qui non habent ablativum. Et quia prius oportet cognoscere interpretacionem incomplexam quam complexam interpretaciones premittit capitulum in quo agit de interpretacione incomplexa et sic postea descendit ad interpretaciones complexas simpliciter scilicet et compositas.

Ca[pitulum] xxxiii de interpretacione vel significacione

Agitur ergo de interpretacione sive de significacione primo de vocibus que significant et que significantur. Dicendum quod littere et voces significant intellectus. Aut res significantur et assignat proprietates significancium et significatorum dicendum quod voces et littere non sunt eedem apud omnes. Intellectus autem et res sunt eedem apud omnes. Secundum hoc igitur intellectus est ita signum quod non est signatum. Res vero econtrario et non signatur ab alio et hoc intelligendum est de re in composito. Res enim que est elementum nam est vox ac significat et significatur. Significatur enim intellectu et res significat aut aliis rebus aut signatur. Uno significat. Intellectus vero significatur et uno significat. Ipse loquitur significatur enim secundum quod non aut ipse significat rem. Sed est similitudo rei. Unde non dicit Aristoteles quod intellectus est nota rei. Sed dicit quod intellectus similitudo rei est. Differunt esse notam et esse similitudinem quod enim aliquid est nota hoc habet secundum placitum. Similitudo vero non secundum placitum sed magis secundum naturam. Solet tamen dici quod intellectus est signum et signatum. Signatum in quantum signum dicitur rei. Sed melius est dicere sicut predictum est. Etiam ipse loquendo intellectus non est signum rei. Dicitur enim prius diffinitus signum quod signum est speciem suam ingerens sensui et aliam relinquens intellectui. Tale autem non potest esse intellectus passiones enim anime non ingerunt speciem suam in sensu ut aliud relinquat in intellectu sine [illegible] intelligibili passiones enim anime a sensu percipi non possunt. Non ergo signa proprie dici possunt sed similitudines sicut iam dictum est. Sciendum est autem quod quadrupliciter dicitur intellectus. Uno enim modo dicitur intellectus potencia intellectiva que est nobilior in anima et sic neque verus neque falsus est et iste appellatur intellectus possibilis vel materialis. Secundo modo dicitur intellectus habitus principiorum demonstracionum sicut dicit Aristoteles intellectus est habitus principiorum. Tercio vero conclusionum et sic intellectus semper est verus. Quarto modo dicitur lux quedam que illuminat intellectum possibilem ad intelligendum species recepte in phantasmate

tas formate et sic appellatur agens et talis neque verus neque falsus est. Quarto modo dicitur species rerum cognitarum que sunt in anima sicut enim in speculis species rerum sunt, ita res sic et in anima. Unde Aristoteles: lapis non est in anima sed species lapidis est in anima, et iste appellatur intellectus formalis. Adveniens enim intellectui materiali informat illum et perficit. Appellatur etiam iste intellectus intellectus adeptus, adquiritur enim per sensum in intellectu possibili. Et hoc iiii° modo accipit hic intellectus cum dicit quod voces note intellectuum et istos intellectus notat passiones anime vel quia anima in apprehendendo patitur large sumpto vocabulo paciendi sicut dicitur actum pati qui recipit colorem in illuminacione vel forte melius ideo quia affectiones anime sunt i. qualitates intencionales que qualitatis talis cum passio vel intellectus qualitas est anime. Capitulum xxxiii de vocibus significativis ad placitum.

Itaque vox est aer tenuissimus ictus plectro lingue i. motione lingue formatus. Vocum alia significativa alia non significativa. Vox significativa est illa que aliquid significat ut homo. Vox non significativa est illa que nichil significat ut bu ba. Significativarum alia significant ad placitum alia naturaliter. Naturaliter est illa que a natura procedit ut gemitus infirmorum. Ad placitum est illa que ad voluntatem instituentis aliquid significat ut homo animal. Item significativarum ad placitum alia est nomen alia est verbum alia oratio constans ex hiis. Aristoteles in libro periarmenias: Nomen est vox significativa ad placitum sine tempore cuius nulla pars separata significat est autem finitum et rectum. Non homo enim non est nomen simpliciter sed nomen infinitum. Catonis autem vel catoni non sunt nomina sed casus nominis quia sed cum est vel fuit vel erit adiunctum nec verum nec falsum significat. Nomen vero sed rectum. Verbum est quod consignificat tempus cuius pars separata nichil significat et est semper alicuius eorum que de altero dicuntur nota vel signum. Est etiam finitum et rectum ut currit. Non currit enim verbum non dico sed verbum infinitum quia similiter est in quolibet quod est et quod non est. Similiter currebat vel curret non verbum est simpliciter sed casus verbi. Non enim consignificat presens tempus sed quod aliud complectitur sed preteritum et futurum. Oratio est vox significativa ad placitum cuius partium aliquid significativum est. Auctor eciam: Alia perfecta que fit ex nomine et verbo et perfectum sensum generat in animo auditoris ut homo currit. Alia imperfecta que imperfectum sensum generat in

animo auditoris ut homo albus. Item orationum perfectarum alia indicativa alia imperativa alia deprecativa alia optativa alia coniunctiva alia infinitiva. Aristoteles ubi supra. Capitulum xxxiiii de oratione enunciativa et eius speciebus.

Enunciativa i. indicativa oratio sola verum vel falsum significat. Nam deprecativa nec vera nec falsa est et eodem similiter sed optativa hortativa et huiusmodi que magis ad rethores et poetas pertinent. Enunciativa vero ad logicum que quidem nunc est considerare vel [illegible] ubi. Item in libro Periarmenias: Propositio est oratio affirmativa vel negativa alicuius de aliquo et hec aut universalis aut particularis aut indiffinita. Boecius vero ubi supra: Propositio est oratio verum vel falsum significans. Huius due sunt species sed affirmatio et negatio. Harum alie sunt universales alie particulares alie indiffinite alie singulares. Item propositionum alie sunt predicative que sed simpliciter proponunt. Alie condicionales ut cum predicativis condicionis copula coniungitur una condicionalis efficitur. Condicionalium propositionum alie simplices que sed predicativas habent suas partes quarum prima antecedens dicitur posterior consequens ut si celum rotundum est volubile est. Alie vero composite et harum multiplex est differentia de quibus agitur in libro ypotheticarum. Simplicium ypotheticarum iiii^or sunt differentie. Aut enim ex duabus affirmativis cathegoricis constat aut ex duabus negativis aut ex affirmativa et negativa aut e converso. Auctor dicit: ypotetica ab ypos quod est sub et thesis quod est positio quasi suppositiva. Alio modo ab ypotesis quod est condicio quasi condicionalis. Et sciendum quod vi sunt species ypotetice sed condicionalis copulativa disiunctiva temporalis localis causalis. Et notandum quod per que quidem [illegible] qualitate sive differentia proposicionis que est cathegorica vel ypotetica. Qualis de qua qualitate que est affirmativa vel negativa. Quanta de quantitate cathegorice sed eo quod universalis est particularis singularis. Unde versus: Que, qua, vel quanta, qualis nec vel aff. vi. quanta quar. in fine. Item propositionum alia una alia plures. Una sic dividitur. Alia simpliciter una est que unum solum subicit et unum solum predicatur ut homo est animal. Secundo vero qui plura subiciuntur vel predicantur ex quibus fit unum per coniunctionem ut animal rationale mortale. Propositio plures sic dividitur. Alia coniunctione plures qui plura coniungunt sub una nota ut canis currit vel alio modo qui plura coniungunt per unam coniunctionem ut Sortes currit et Plato disputat. Alia vero plures [illegible] qui subiciuntur plura vel predicantur ex quibus non fit unum per coniunctionem ut si Sortes

Ca. xxxiii de vocibus significativis ad placitum

albus grammaticus musicus currit. Aristo-
teles in libro priorum. Ca. xxxi de terminis cathegoricis propositionis

Terminum autem voco in quem resolvitur propositio ut predicatum et de quo
predicatur apposito vel diviso esse vel
non esse. Boecius ubi supra. Propositionis itaque pre-
dicativae partes terminos appellamus scilicet subiectum
quod minor terminus est et predicatum quod maior
unde et ab eius privilegio predicativa pro-
nunciatur. Saepe tamen evenit ut sint termini
sibi invicem aequales unde cum dicitur
homo risibilis est [illegible] semper evenire necesse
est ut si inaequales termini sunt maior semper
de minori predicetur. Si vero aequales uterque quasi
indifferenter dicatur. Ut autem minor de ma-
iori predicetur nunquam contingit. Terminos autem
voco nomina vel verba quibus propositio nectitur.
Saepe etiam oratio de oratione predicatur ut Socrates
cum Platone et disputabilis de specie [illegible]
currunt. Sic etiam quandoque nomen subiectum est oratio
predicatum. Aliquando autem econverso. Auctor predicativa
propositio quae est cathegorica sic dicta a cathe-
gorizando i. predicando traxit enim hoc nomen
a predicato tamquam a digniori parte. Huius enim
partes sunt principales subiectum et predicatum
et copula. Secundarie vero sunt sincathegore-
mata i. dictiones consignificativae scilicet quae per
se non significant sed cum adiuncto ut [illegible]
coniunctiones etc. Dicta namque cathegorumata
sunt ut nomen verbum. Itaque subiectum est quod
dicitur aliquid; sed predicatum quod dicitur de alio sed
de subiecto. Copula est vero utrumque ligans subiectum
et predicatum. Est autem duplex copula scilicet impli-
cita ut homo currit, explicita ut homo est
animal. Dicitur cathegorica predicativa et hoc
nomen traxit a predicato. Ca. xxxii de suppositionibus

Proprietates autem terminorum vel terminorum
sive partium principalium cathegoricae
propositionis sunt suppositio, appellatio, co-
pulatio, quarum communis est significatio. Signi-
ficatio est [illegible]
designatio. Itaque suppositio termini substantivi designa-
tio substantiam dicitur. Additur adiectivorum
quae designant rem suam adiacentem. Unde
non dicuntur proprie supponere sed magis copulare.
Suppositionum alia discreta quae scilicet habet terminum
discretum ut Sortes. Alia communis quae fit termino
communi ut homo. Et haec est multiplex. Quaedam
enim est naturalis, quaedam accidentalis. Natura-
lis est quae fit termino communi non ab alio sed a vi
tuae propriae significationis ut iste terminus homo
sumptus per se supponit pro homine qui est
[illegible] non est [illegible] dicta [illegible] homo. Acciden-
talis est illa quae contrahit terminum ab aliquo
sicut ab aliquo restringente. Acciden-
talium alia simplex alia personalis. Simplex
est illa quae fit termino communi pro forma generis

non attingendo aliquid inferius. Unde cum
dicitur homo est species. Personalis est illa quae
fit termino communi reddente locutionem veram pro
aliquo vel pro aliquibus suorum inferiorum. Huius-
modi suppositionem dicitur habere iste terminus homo in
hac propositione homo currit. Item personalium alia
confusa alia determinata. Determinata est illa
quae fit termino communi reddente locutionem
veram pro aliquo vel pro aliquibus suorum infe-
riorum. Huiusmodi suppositionem dicitur habere iste terminus homo
in hac propositione homo currit. Item personalium
alia confusa alia determinata. Determinata est
illa quae fit termino communi reddente locutionem
veram [illegible] supposito ut cum dicitur homo est albus.
Confusa dicitur suppositio quae virtute locutionis
exigitur quod terminus teneatur pro omnibus vel pro plu-
ribus suorum inferiorum. Confusarum alia mo-
bilis sive distributiva, alia immobilis. Mo-
bilis est illa quae fit termino in quo potest fieri
descensus pro quolibet suorum inferiorum. Immobilis
dicitur illa quae fit termino supponente pro plu-
ribus pro quibus non licet descendere. Ut patet
in hac propositione omnis homo est animal, iste
terminus homo confusam mobilem habet sup-
positionem quia in illo potest fieri descensus pro
quolibet supposito. Iste terminus animal confusam est
immobilem. Ex iam dictis patet quod non valet
argumentatio ista homo est species, ergo aliquis
homo est species. Immo secundum fallaciam figurae
dictionis arguitur quod a simplici ad determina-
tam. Si obiciatur quod particularis et indefini-
ta convertuntur, dicendum quod verum est sed haec homo
est species non est indefinita immo singularis
quia homo nomen speciei est [illegible]
respectu huius predicati non est terminus co-
munis sed tamquam terminus discretus. Similiter omnis
homo est animal, ergo animal est omnis homo
quia in propositione prima li animal confunditur
a signo universali, non in secunda [illegible]
[illegible] determinate supponit pro aliquo
[illegible] non contingit [illegible]. Et
sciendum quod dicitur pro regula in suppositionibus
signum universale affirmativum terminum sibi imme-
diate adiunctum confundit mobiliter, terminum
vero positum mediante copula [illegible] adiunctum
sibi confundit immobiliter [illegible]
homo videt animal. Item signum universale nega-
tivum terminum sibi adiunctum sive mediate sive
immediate confundit mobiliter. Unde se-
quitur nullus est asinus ergo Sortes non est is-
te asinus. Patet quae iam dicta sunt per fal-
lacias in hac [illegible] omnis homo est albus
homo etc. Ca. xxxiii de appellationibus

Appellatio vero dicitur quaedam proprietas quae
inest termino eo quod ille potest accipi pro
aliquo supposito actu existente. Unde
differt a suppositione eo quod suppositio indifferens

est respectu eorum que sunt cum appellatio non
respectu eorundem tamen unde si dicatur omnis ho-
homo supponit pro omni eo cui potest inesse
sua forma vel potuit tamen in ratione re-
stringitur supposita sicut cum dicitur omnis ho-
homo non potest appellare homines qui non
est sed homines existentes solum unde suppo-
sitio maior est quam appellatio. Et sciendum quod
suppositionem multiplicat restringitur quia qua-
qualitate nominis adiectivi quia participii
participii quia coniunctione ubi ita terminum
implicitum alio non per differentias temporis. Et
sciendum quod restrictio sive coartatio nichil aliud
est quam minus suppositionis terminus communis re-
strictio. Et de restrictione que fit per temporis
differentias talis datur regula. Terminus communis
restrictus ab alio supponens verbo de presenti non
habente vim ampliandi supponit tamen pro hiis que
sunt ut si dicatur omnis homo currit sensus
est omnis homo qui currit. Dicitur non habente
vis quod talis terminus potest restringi ita quod non
supponit pro eis que sunt ut si dicatur sic
homo qui fuit non est vel homo qui non est legit
non habet vim ampliandi quia quod quedam
sunt verba ampliativa ut licet sed potest
laudari conatur quibus inpositum temporis terminus
supponens verbo non restringitur ad presentes entes
ut si dicatur homo potest currere homo solet
legere potest enim iste terminus homo supponere pro
homine qui non est. Similiter si dicatur homo lau-
datur homo conatur unde huiusmodi verba dicuntur
ampliare suppositionem terminorum quia termini in hiis
verbis indifferenter possunt supponere pro omni
eo cui hoc forte est quia res signifi-
cata salvabilis est tam in non ente quam in
ente et non videtur in aliis verbis. Notandum
tamen quod dicta regula solet assignari deter-
minata sufficientia appellationis ... nominis
terminus dicitur habere tria appellata unde so-
let dici quod terminus communis non habens sufficien-
tiam appellatorum restringitur ad hoc ... pro
illis supponendo ut si diceretur omnis fe-
nix est vel omnis homo est uno homine
existente solum dicatur secundum quod hic terminus suppo-
nit pro non ente tamen non convenit esse. Et
dicebant ponere quod signum universale termino cui
adiungitur exigit de necessitate tria appellata
quod tamen non dicunt quia signum universale nichil
aliud significat nisi quod ... quam ... re-
spectu unde si habeat plura appellata pro termi-
nis ... signum actum suum si plura
non habeat propter hoc solum ad ... restringitur
nec ... signi universalis pro aliis ... existenti-
bus subiectum tamen hic signum universale termi-
num cui adiungitur nichil aliud exigit nisi for-
mam ... esse in pluribus sive actu
sive potentia sicut forma universalis homo sive in sit

actus in tempore successionis sicut hoc verbum solet semper
et valet simpliciter licet esse in pluribus et hoc vel
gente non forma sed in actu ... ita quod
appellatio attenditur hic forma ut hic terra
sol luna unde dicitur quod iste sunt vere omnis homo
est uno homine existente omnis fenix est
omnis sol omnis luna et consimiles. Item terminus
supponens verbo de preterito supponit indifferenter
pro hiis que sunt vel que fuerunt. Supponens non sup-
ponit tamen pro hiis que fuerunt unde non sequitur
posito quod modo Sortes sit albus ... fuit
album fuit Sortes ergo Sortes fuit albus cuius ratio est
quia ... indifferenter supponit sive copulat
pro albedine que est vel que fuit ... hoc
non pro albedine que fuit tamen. Item communis
terminus supponens verbo de futuro indifferenter sup-
ponit pro eo quod est vel erit. Supponens tamen pro
eo quod erit tamen unde non sequitur album erit Sortes
ergo Sortes erit albus posito quod Sortes sit modo
albus nec amplius erit. Item terminus com-
munis immediate iunctus adiectivo designa-
tivo qualitatis restringitur secundum convenientiam
qualitatis illius adiectivi unde si dicitur homo
albus currit li homo restringitur ad albos et
sic de similibus. Ca. xxxviii de oppositione propositionum

Propositionum quedam participant in terminis
utroque termino ut omnis homo currit
nullus homo currit quedam tamen in neu-
tro. Item participantium utroque ter-
mino quedam participant eodem ordine
quedam ordine converso quia de predicato fit
subiectum et econverso ut omnis homo est animal quoddam
animal est homo. Item participantium utro-
que termino eodem ordine quedam sunt con-
trarie ut universalis affirmativa et universalis negativa de
eodem subiecto et eodem predicato et eodem modo
ut omnis homo currit nullus homo
currit. Quedam subcontrarie ut particularis affir-
mativa et particularis negativa. Quedam sub-
alternate ut universalis affirmativa et particularis
affirmativa universalis negativa et particularis nega-
tiva. Quedam contradictorie ut universalis affirma-
tiva et particularis negativa ut omnis homo
currit quidam homo non currit. Lex contrariarum
talis est quod si una est vera reliqua est falsa
sed non convertitur quia in contingenti possunt simul
esse vere sed false in contingenti materia. Lex sub-
contrariarum est quod si una est falsa reliqua est
vera sed non convertitur possunt enim simul esse vere
sed nunquam simul false. Et dicuntur subcontrarie quia
sub contrariis ponuntur. Lex contradictoriarum est quod
si una est vera reliqua est falsa. Lex subal-
ternarum est quod si universalis est vera sua particularis
erit vera non econverso. Et dicuntur subalterne eo
quod una alii supponitur. Et sciendum est quod triplex
est materia scilicet naturalis contingens remota. Natu-
ralis est in qua predicatum ... sicut hoc homo est animal

contingens in qua contingens ut omnis homo
est albus. Remota est in qua predicatum nullo
modo inest suo subiecto ut homo est asinus. Capitulum

xxxix de equipollentiis et equipollentibus

Item propositionum particularium ad ordinem [illegible] quarum quedam
contrarie sunt que [illegible] dam particulares
quedam [illegible] Conversio simplex
est quando fit de subiecto predicatum et de predica-
to subiectum manente eadem qualitate et quantita-
te ut nullus homo est lapis nullus lapis
est homo quidam homo est animal quoddam
animal est homo et dicitur simplex quia sine ali-
qua [illegible] Conversio per accidens est quando fit de subiecto predica-
tum et converso manente eadem qualitate sed mu-
tata quantitate ut omnis homo est animal quoddam
animal est homo. Conversio que fit per contrapo-
sitionem est quando fit de predicato subiectum et converso
manente qualitate et quantitate et mutatis finitis in
infinitos ut omnis homo est animal ergo omne
non animal est non homo vel sic quoddam animal non
homo ergo quoddam non homo non animal. Item
negatio preposita signo universali affirmativo vel nega-
tivo vel particulari semper equipollet sue contra-
dictorie ut non omnis quidam non equipollet
non nullus quidam non aliquis nullus. Item
negatio postposita signo universali affirmativo
vel negativo equipollet sue contrarie ut omnis
non nullus nullus non omnis. Particulari
vero postposita equipollet sue subcontrarie ut qui-
dam non et quidam non equipollent quidam
non et quidam. Item negatio preposita et postposi-
ta equipollet sue subalterne ut non omnis
non quidam non nullus non quidam non non ali-
quis non omnis. Item negatio preposita removet
qualitatem et quantitatem postposita non removet
qualitatem tantum unde versus Pre contradic post
sit contraria circumpone subalterna facit [illegible]
negato signo.

Capitulum xl de propositionibus modalibus

Propositio large sumpta dividitur quia alia
[illegible] de inesse et modales. De inesse
est illa que aliquid de aliquo vel
aliquid ab aliquo removet sine modo [illegible]
ut Sortes currit necessario. Modales autem sunt [illegible]
[illegible] falso contingens possibile impossi-
bile necessario sunt nomina a quibus descendunt
modi [illegible] unde [illegible]
non determinat [illegible] modalibus que sunt
per modos adverbiales ut Sortes currit necessario [illegible]
[illegible] modales sunt [illegible] et [illegible]
[illegible] subiectum [illegible] esse vel non esse
sicut [illegible] de inesse [illegible] hoc sunt [illegible]
[illegible] quid [illegible] autem
que sunt [illegible] nominales sunt [illegible]
[illegible] quid [illegible]
[illegible] modalibus esse [illegible] esse sunt sub-
iecta modi [illegible] predicata ut Sor-
tem currere est necesse [illegible] modalibus [illegible]

minat [illegible] in istis [illegible] Et sciendum
est quod omnis modalis nominalis est singularis
quia in istis modalibus subiectum [illegible] quia ut
est Sortem currere est verum [illegible]
sicut omnis modalis affirmativa est [illegible]
modi negativa [illegible] modi. Item [illegible]
sunt modi nominales de [illegible] modi
dicendum est [illegible] verum et falsum quia
[illegible] que sunt [illegible] modos [illegible]
tum [illegible] de inesse unde bene sequitur
Sortem currere est verum ergo Sortes currit et
[illegible] Sortem currere est falsum ergo Sortes non
currit et converso. Alia differentia est quia non
determinat [illegible] qui non possunt [illegible]
modalibus que sunt per alios iiii^or modos
non enim sequitur Sortem currere est falsum ergo
Sortem currere est impossibile. Sed bene Sortes
currit est [illegible] Sortem currere non [illegible]

Capitulum xli de lineis [illegible] differentiis inter iiii^or modos

Et sciendum quod secundum illos iiii^or modos [illegible]
sunt linee [illegible] de possibili. Alia de [illegible]
[illegible] sic deinceps [illegible] formandum
[illegible] linea talis datur regula [illegible] dic-
to affirmato vel negato datur possibile ei-
dem attribuitur contingens [illegible] removetur
impossibile [illegible] contrarie opposita remo-
vetur necesse. [illegible] formando [illegible] talis datur
regula [illegible] negato attribuitur pos-
sibile eidem attribuitur contingens [illegible]
removetur impossibile [illegible] contrario op-
posito removetur necesse. Tertiam talis [illegible]
[illegible] dicto affirmato removetur possibile
[illegible] removetur contingens eidem attribu-
itur impossibile [illegible] contrario opposi-
to attribuitur necesse. Ad quartam talis [illegible]
[illegible] dicto negato removetur possibile [illegible]
removetur contingens eidem attribuitur impos-
sibile [illegible] contrario opposita attribuitur
necesse. [illegible] per figuram demonstrat
possibile est esse contingens est esse non im-
possibile esse non necesse est non esse. [illegible]
sibile est non esse contingens est non esse non
impossibile est non esse non necesse est esse
non possibile est esse non contingens est esse
impossibile est esse necesse est non esse non
possibile est non esse necesse est esse. [illegible] prima
et secunda [illegible] reducunt [illegible]
[illegible] singulis [illegible] particulares sunt.
Tertia et quarta contrarie [illegible] sunt.
Prima et tertia subalterne prima autem particulares
[illegible] secunda et tertia subalterne sunt secunda
[illegible] particularis [illegible] secunda et quarta
contradictorie prima et tertia similiter.

Capitulum xlii de [illegible] singulorum modorum

Postea sciendum quod est possibile
[illegible] in re [illegible] actu
[illegible] scribente [illegible] vere et
in actu [illegible] currere [illegible] est [illegible]

propinqua ut hominem videre et potentia remo-
ta ut hominem esse episcopum. Impossibile
quoddam est simpliciter scilicet quod nec potuit nec potest
nec poterit esse verum ut deum non esse. Quoddam
per accidens quod scilicet nec potest nec poterit esse vero
potuit tamen ut me non fuisse. Item est im-
possibile respective ut te non sedere dum
sedes. Contingens quoque duplex est. Est
enim contingens natum quod scilicet magis se habet
ad unam partem contradictionis quam ad reliquam
ut hominem canescere in senectute. Et est con-
tingens ad utrumlibet sive magnum sive even-
nemum aut eveniens quod equaliter se habet ad
utrumque ut te sedere vel non sedere. Item vero multi-
pliciter dicitur. Uno modo idem est quod utile ut ne-
cessarium est hominem amare aliquos familiares
ut iste homo est michi necessarius. Alio modo nec es-
se potest abesse et hoc duplex est. Scilicet necessari-
um simpliciter quod nec potest nec potuit nec poterit
esse falsum ut deum non esse. Et necessarium per accidens
quod scilicet nec potest nec poterit esse falsum potuit ta-
men ut Cesarem fuisse. Item est necessarium quoddam
absolute ut deum esse. Quoddam respective ut
te sedere dum sedes. Boecius ubi supra. Ca. xliii

De questionibus

Questio est dubitabilis propositio. Propositio namque est oratio [illegible] con-
[illegible] que de questione dicta sunt. Et in-
dicativa quid questione dubitatur an sit [illegible]
[illegible] nascitur. In ypothetica non quidem an
illud quod antecedit consequatur. Questionis autem que-
stionis due sunt species. Una scilicet thesis que
[illegible] circumstantiis [illegible] querit ac dis-
serit ut voluptas ne summum bonum est [illegible]
[illegible] propositum dicit. Et tales ma-
xime dyalectici disputationum sumuntur.
Altera vero ypothesis que scilicet particularibus tem-
poribus [illegible] circumstantiis implicata est ut
[illegible] in consilio dubio rei publice tem-
pore [illegible] quia in [illegible]
[illegible] Sic analysi [illegible]
[illegible] thesis [illegible] species dividitur. Aut enim
est de genere. Aut de accidente. Aut de proprio
aut de diffinitione. Potest autem fieri de diffinitio-
ne tunc est de diffinitione querere quando si de genere
non dubitetur. Questio vero de eodem diffinitionem
[illegible] est quod autem in [illegible] aliqua
[illegible] in [illegible] dubitationis [illegible]
omnis autem quod vel [illegible] disserendi vel a
naturali vel [illegible] speculationem.

Argumentum est Ca. xliiii de argumentis
ratio rei dubie faciens fidem. [illegible] hoc
esse notum est quod ante [illegible] est et [illegible]
[illegible] probant argumenta. Alia sunt pro-
babilia et necessaria. Alia probabilia quidem sed non
necessaria. Alia [illegible]. Aliud vero neutrum. Probabi-
le est quod videtur omnibus vel pluribus vel sapien-
tibus et hiis vel omnibus vel pluribus vel in [illegible]

ingeniis atque peritis vel qui cuiusque artifici-
um [illegible] facultate ut de medicina medi-
cis. Necessarium est quod ut dicitur ita est et aliter esse non
enim eius syllogismus fit per contrariam partem
contradictionis. Dyalectica vero interrogativa
est. Temptativa autem est quaedam dyalecti-
ca, [illegible] enim est cognitionis [illegible] nescientes
et se simulant. Licet ex his arguunt ut
geometra sed ex communibus ut dyalectici talibus,
scilicet quae scientem quidem nihil prohibet artem
nescire, non scientem non autem possibile est igno-
rare. Unde omnes idiotae dyalectica et tem-
ptativa utuntur eo quod omnes quodammodo diiudi-
care conantur. Idem in methaphysica libro IIII. Logici
et sophistice laborant [illegible] ad [illegible] ma-
thematicus [illegible] laborant loquuntur [illegible]
talibus quae propria sunt. Genus enim est sophistica
[illegible] communibus. Et logicus quidem scit illud
quod sit, sophistica vero scire se quidem simulat
[illegible] eius cum sua decep-
toria [illegible] est homines autem non decipiunt in
eo quod nesciunt. Idem in primo libro elenchorum.

Capitulum XII. De paralogismis et eorum speciebus

Syllogismus autem quidem est ex quibusdam
positis ut dicat aliquid aliud ex ne-
cessitate accidere. Elenchus autem est syllogismus
cum contradictione conclusionis. Sophistici autem vel
paralogismi videntur quidem hoc facere sed ut
dicatur ab his quae posita sunt ex necessitate
aliquid accidere sed non faciunt. Videntur autem
ob multas causas, quarum una est ubi [illegible]
publicissima et aptissima quae fit per nomina
secundum aequivocationes. Nam quia res infinitae sunt,
nomina vero finita, necesse est unum nomen plura
significare. Itaque quae utentibus nominibus sunt igitur

-guari facile paralogizant ipsi disputantes et alios audientes decipiunt. Sed nota palam verum unius nominis significationem arbitrantur. Sunt autem viri quidam qui contentiones in disputationibus tantum causa contentionis certant, sed de redarguendo falsum inexpugnabile. Paralogismi contingentes modi autem arguendi sunt duo. Alii quidem secundum dictionem fiunt fantasia, alii extra dictionem. In dictione sunt sex, scilicet equivocatio, amphibolia, compositio, divisio, accentus, figura dictionis. Extra vero dictionem sex, scilicet secundum accidens, secundum quid et simpliciter, secundum ignorantiam elenchi, secundum consequens, petitionem principii, non causam ut causam, plures interrogationes ut unam facere.

Ca. [illegible] De equivocatione et amphibolia

Equivocatio est deceptio proveniens ex eo quod plura significata vel consignificata latent sub una voce. Prima species est cum plura significata principaliter latent sub una voce, ut canis potest significare latrabile vel marinum. Secunda, cum sub una latent plura ita quod unum prius altero positum, ut predicens potest accipi vel absolute vel in comparatione. Tertia quod sub una voce latent plura consignificata secundum diversa tempora, ubi grammatici [illegible] sanus est laborans. Sanabatur ergo laborans sanus est. Non sequitur, quia si laborans primo significat laborantem verum tunc in conclusione vel laborantem nunc. [illegible] equivocatio quam notavimus atque plura. Amphibolia dicitur ab amphi quod est dubium et bole quod est sententia quasi dubia sententia. Fallacia amphibolie est deceptio veniens ex eo quod una et eadem dictio potest construi cum uno et eadem diversis dictionibus vel cum diversis dictionibus cum uno et eodem, ut iste est liber Aristotelis, potest hec dictio Aristotelis regi ratione auctoris vel ratione possessionis. Similiter hec est duplex, quod quis videt hoc videt, sed hoc potest teneri nominative vel accusative cum diversis dictionibus, ut volo te capere romanos, ut possem te [illegible] regi ratione ut [illegible] vel posse. Similiter impossibile est aliud quam apium genuisse te. Item alias inveniunt equivocacio et amphibolia ex eo quod dicto vel oratio transumptive potest sumi.

Ca. [illegible] De compositione et divisione

Secundum compositionem et divisionem est fallacia sophistica, quotiens in oratione accidit possibilis multiplicitas ex eo quod aliqua dictio possit componi cum diversis, quod quidem diversitas ad paralogismos amphibolie, sed in illis est multiplicitas quod diversa oratio natae sunt cum aliis. Unde notandum est quod unius orationis est divisio quedam et similiter divisio una essentialis scilicet quod quedam

dicto cum eo cum quo magis nata est componi, unde oratio habet accipitur. Divisio essentialis, alia est compositio accidentalis figurae dictionis quod scilicet fit quando aliquid cum aliquo cum quo magis nata est componi. Unde habet accipitur divisio accidentalis. Item secundum compositionem sunt paralogismi qui in oratione possunt esse plures sine secundum compositionem alicuius cum alio, ita quod non in compositione essentiali fit falsitas et in divisione eadem. Et videntes quod secundum verum compositionem accidentalem est eadem, fit interdum ut quod dicit Aristoteles [illegible] fallit compositio ubi solvit divisio et econverso. Unde dicebat antiquus, quod in ceteris aliud est quam dividendo falsa, quando divisio non componendo et econverso. Item divisio patitur divisionem, paralogizat quando in oratione est dicta multiplicitas ita quod cum talis divisio idem ponit veritatem essentialem compositionis falsitatem, et habet essentiali compositione dicitur oratio composita una ad alia. Similiter a divisione essentiali dicitur oratio divisa. Secundum compositionem ponit Aristoteles tres paralogismos. Primus fit ex eo quod participium cum grammatica intellectu potest ordinari cum diversis aliis, sic sedentem impossibile est ambulare, possibile sedentem ut ambulet, impossibile est sedentem ambulare, ergo possibile est ut sedens ambulet. Paralogismus est et media composita falsa, divisa est vera. Item tamen quidem ut dedicto falsa. Secundus fit ex eo quod aliqua adiectio possit componi cum una dictione vel absolute divisa componi cum alia, ut hic fit aliquis qui didicit et nunc litteras, hunc scit, ergo qui didicit non habet. Prima enim duplex est divisa vel composita falsa. Nam hec dictio non magis nata est componi cum hoc quod didicit non habet quam cum hoc illo, scit ea que adiectum est precedentem sunt substantiva. Tertius fit eo quod nota comparationis possit componi cum diversis aliis, ut hic quod unum solum potest sic non potest plura ferre, hec dictio solum potest facere comparationem suam respectu eius quod est posse ut eidem eo ponat et sic est composita falsa, vel respectu eius quod ferre et sic est vera divisa. Secundum divisionem autem sunt paralogismi qui aliqua similiter ut oratio contradicit composita infert tamquam divisa, proveniunt autem eo quod dictio copulativa vel disiunctiva potest copulare dictiones vel orationes. Exemplum cuius sit paralogizatur: quinque sunt duo et tria, sed tria sunt paria, imparia, quinque sunt duo et tria, ergo et [illegible] secundus eo quod participium possit componi cum diversis; sic hic ego posui te servum entem liberum, sed te sic sunt servum sic est vera composita quia prior natum est plus

temporum vel abecedarium dividi sic est falsa
divisa. Et tamen hoc idem contingit quod ali-
quod nomen cum alio nomine potest coniungi ve-
l abecedarium dividi falso ut hoc nomen
centum in exemplo Aristotelis centum quinquaginta
virorum reliquit Achilles. Itaque secundum divisionem
potest fieri paralogismus quotiens affirmativa
data infertur divisiva sic composita secundum com-
positionem sic iste est bonus et est citharedus ergo
est bonus citharedus. Et sic potest argui secundum
divisionem et ideo eadem docet Aristoteles
simul solvere sed ut si concludatur divisio di-
cendum est quod coniunctim concessum fuit et
e converso. Capitulum xxiii de accentu et figura dictionis

Secundum accentum fiunt paralogismi quo-
tiens aliqua vox diversimode potest accen-
tuari et ex eo sequitur diversitas significa-
tionis. Quia potest accentuari ut dictio vel oratio
ut hic vox metus est vox in [illegible] aut alia
sillabis accentu proferri scilicet longo vel brevi
aut pende aut etiam cum aspiratione vel sine
ex quo resultent diverse significationes. Figura
dictionis est similitudo dictionis ad dictionem quan-
tum ad modum significandi propter quam eorum
significata ut eadem interpretantur. Est autem
figura dictionis quedam intrinseca quedam
extrinseca. Intrinseca est similis terminatio dic-
tionis cum dictione. Extrinseca est suppositio
vel copulatio eiusdem. Unde hec fallacia est
deceptio proveniens ex similitudine dictionis.
Huius tres sunt species principales. Prima fit
ex simili terminatione dictionis ut hic qualis-
cumque est musa talis est poeta sed musa
est feminini generis ergo poeta. Secunda fit ex
mutatione predicati et hoc est quando unum pre-
dicamentum quantitatis in aliud vel aliqua species
unius predicamenti in aliud eiusdem ut hic quicumque
homines sunt in hac domo vel in illa sed decem
sunt in hac ergo. Tertia fit ex variata suppo-
sitione ut hic homo est dignissima creaturarum
Sortes est homo ergo. Vel talis species dicitur [illegible]
notatio que convenit quotiens interpretatur quia
le quid vel hoc aliquid sive quale ut singu-
lare sic Christus est alicubi absque et Chri-
stus est homo ergo Christus est alicubi
et talis sic homo currit Sortes est homo ergo
Sortes currit. Ad hunc modum reducuntur para-
logismi in quibus fit processus [illegible]
[illegible] ad determinatam vel ab immobili ad mo-
bilem. Capitulum xxiiii de fallacia accidentis et secundum quid et simpliciter

Sequitur de locis sophisticis
extra dictionem qui predicti sunt vii. Et
primus de accidente quod non sumitur hic
pro accidente in predicando vel in essendo sed
pro accidente [illegible] potest dici [illegible]
[illegible] accidentale [illegible] quod [illegible]
aut paralogismi secundum accidens eo quod [illegible]

assignatur rei subiecte et accidenti et e converso
quod non est necesse sed que insunt predicatis
inesse subiectis et e converso diversimode reponitur
sed in prima figura [illegible] quia in prima
maior extremitas est attributum medio tamquam
dicitur accidens minor extremitas vero sub-
iecta. Unde sensus est quod quidlibet id est maior
extremitas attribuitur primo medio tamquam
accidenti in conclusione ad minorem extre-
mitatem id est rei subiecte quod patet sic. Albus homo
coniunctus est albus ipse est homo ergo est albus.
Hic maior extremitas id est esse albus attri-
buitur coniuncto respectu [illegible] respectu
[illegible] in conclusione [illegible]
[illegible] Similiter sic homo est species
Sortes est homo ergo est species. Primum at-
tribuitur homini tamquam accidenti in conclusi-
one [illegible] tamquam rei subiecte. Similiter
[illegible] sic quod quidlibet id est maior extremitas
attribuitur medio id est rei subiecte et minori
id est accidenti quod patet sic. Christus cognosci-
te [illegible] est veniens ergo veniens et
[illegible] cognitus primo attribuitur tamquam rei
subiecte in conclusione [illegible] veniente tamquam
rei subiecte accidenti. Similiter [illegible]
te trinus est trinus et est pater ergo
est trinus pater non valet quia esse trinum
primo attribuitur [illegible] tamquam rei subiec-
te in conclusione [illegible] tamquam accidenti.
[illegible] autem figure fit deceptio eo quod ea
que unum et eadem sunt eadem [illegible]
[illegible] esse eadem ut hic fel est rubeum
mel est rubeum ergo mel est fel. Secundum quid et
simpliciter fiunt paralogismi quotiens aliquid
sumptum secundum partem inesse sumptum ut
simpliciter concluditur [illegible]
partem inesse sumptum [illegible] pars [illegible]
[illegible] sicut homo mortuus non
[illegible] homo [illegible] non [illegible]
[illegible]
[illegible] non est paralogizare [illegible]
partem solummodo inesse sumptum [illegible] potest
fieri [illegible] partem subiecti nam sic [illegible]
non est et est opinabile ergo est quod non est
vel [illegible] partem integralem sic [illegible]
est niger et est albus dentes ergo est albus
et niger vel [illegible] parte [illegible] sic [illegible]
[illegible] est bonum [illegible] malum [illegible]
est malum ergo idem est bonum et malum
vel [illegible] partem in loco sic [illegible] pa-
triam est malum [illegible] est bonum ergo [illegible]
vel [illegible] partem in modo ut [illegible]
in modo [illegible] aliud nomine
sic hoc est bonum et est malum [illegible] ergo [illegible]
vel sic [illegible] sunt bone non bene [illegible]
ti sunt male ergo [illegible] Secundum hunc locum fi-
dicitur [illegible] paralogismi ego dico falsum ergo

unum est, nec dicit falsum. Et dico quod ergo dico verum. Solvit Aristoteles dicens quia hic dicendo falsus est simpliciter, verus autem quo ad quedam; dicitur verum simpliciter. Capitulum xcii de ignorantia elenchi et petitione principii et consequente.

Secundum ignorantiam elenchi fiunt paralogismi eo quod ignoratur quid sit elenchus. Est autem elenchus ab Aristotele contradictio unius et eiusdem rei et nominis ex his que data sunt ex necessitate, non connumerato quod erat in principio, secundum idem ad idem similiter in eodem tempore. Ergo hic paralogismi quando aliquod istorum deficit [illegible] diversa secundum idem ad idem in eodem tempore. Sic duo sunt dupla unius, non sunt dupla duorum; ergo [illegible] non [illegible] quia in utrisque sunt affirmatio et negatio non ad idem, et infertur ut ad idem, quare ignoratur elenchus. Hoc est duplum huius secundum longitudinem, non est duplum secundum latitudinem; ergo duplum est et non duplum. Et iterum quia in utrisque sunt affirmatio et negatio, non tamen ad idem, que non sunt contradictionis partes: currit in A, non currit in B; ergo [illegible].

De petitione principii. Notandum est quod principium [illegible] aliud est hic quam principale propositum quod debet probari. Fiunt ergo paralogismi secundum hoc cum ad probandum aliquid sumitur idem sive aliquid minus notum. Et hoc contingit quinque modis, ut distinguitur in octavo Topicorum, quos iam supra posuimus. Secundum consequens, ut dicit Aristoteles, fiunt paralogismi eo quod credimus consequentiam converti que non convertitur. Et hoc fit dupliciter, cum scilicet proceditur a superiori ad inferius affirmando vel ab inferiori ad superius cum negatione. Fit consequens in rethoricis; paralogizatur secundum consequens cum aliquod consequens in [illegible] accipitur, ut [illegible] sic iste est comptus, ergo est adulter; tamen potest reduci ad aliquem modum predictum secundum processus. Capitulum xciii de fallacia secundum non causam ut causam.

Secundum non causam ut causam fiunt paralogismi, ut dicit Aristoteles, eo quod apponitur non causa sicut causa [illegible] inconvenientia cum aliis que sunt cause, ut causa sumitur et includitur apposito, cum fiat conclusio impossibilis. Sic anima et vita sunt idem; mors et vita sunt contraria; generatio et corruptio sunt contraria; sed mors est corruptio; ergo vita est generatio, et vivere est generari. Sed hoc est impossibile; non ergo anima et vita sunt idem. Itaque in his paralogismis ad impossibile ducentibus invenitur aliqua [illegible] maxime accidit hec fallacia et [illegible] conclusionem. Unde dicit Aristoteles quod hic paralogismi non sunt simpliciter insyllogizati sed ad positionem. Secundum plures interrogationes fiunt paralogismi eo quod interrogationes plures ut una accipitur et datur responsio una, cum tamen debeant plures dari. Sic demonstratis duobus quorum unum sit bonum, alterum malum, queratur: nonne ista sunt bona vel non bona? Si sic, ergo hoc est bonum, demonstrato malo; si non, ergo hoc est malum, demonstrato bono, cum tamen, cum interrogatio sit plures, debent dari responsiones plures, dicendo quod hoc quidem bonum, aliud autem malum. Unde cum detur una responsio, inde deceptio. Differt autem enuntiatio plures ab interrogatione plures, quia enuntiatio plures a pluralitate rerum [illegible], que scilicet enuntiant plura de pluribus, ex quibus non fit unum, vel plura de uno vel unum de pluribus. Dicitur interrogatio plures ab actu interrogandi, ut si dicat: Aristoteles homo currit. Una est enuntiatio sive propositio; si autem interrogetur, fit interrogatio plures, et hoc ab actu interrogandi, cum eidem debeantur responsiones plures. Unde provenit hec fallacia cum ad similes interrogationes plures vel enuntiationes plures datur una responsio simpliciter negando vel simpliciter affirmando. Id quod sequitur [illegible] Aristoteles in libro elenchorum. Capitulum xciiii de solutione paralogismorum.

Solutio autem paralogismorum [illegible] valet primo quidem ad philosophiam, secundo ad exercitationem, tertio ad apparentem gloriam, scilicet ut videatur homo circa omnia exercitatus esse et in nullo inscie se habere. Ad philosophiam autem dupliciter, scilicet ut homo sciat quot modis unumquodque dicatur, et que similiter in rebus accidunt et in nominibus, et ut non facile ab aliis paralogizetur. [illegible] et [illegible] hoc ipsum valet. Actor. Modus autem solvendi paralogismos est unicuique fallacie locum sophisticum assignare [illegible], sicut iam supra dictum est. Actor. [illegible] capitulo de falsa oratione. Hec que de principiis dictarum(?) sophistica fuerint dicta sufficiant. Nunc igitur ad ea transeundum est que de partibus logice secundum divisionem Alpharabii restant, ad rethoricam et poeticam, et primo de rethorica differendum. Ysidorus libro ii. Capitulum xcv de arte rethorica.

Rethorica est bene dicendi scientia in civilibus questionibus ad persuadendum iusta et bona. [illegible] Dicta est autem rethorica greco eloquio a copia locutionis; rhesis enim apud grecos locutio dicitur. Actor. Boetius(?) in topicis libro iiii. Differt autem rethorica a dyalectica, quia dyalectica tantum thesim considerat, id est questionem sine circumstanciis; et si quas ad disputationem sumit, non principaliter quidem, sed tamen eas cum [illegible] ad thesim deducit.

disserit, tractat. Rethorica vero de ypothesibus in quibus circumstanciarum multitudine inclusis tractat ac disserit. Est enim qui thesim assumpserit, ab ypothesim trahit. Circumstancie autem iste sunt: quis, quid, ubi, quibus adminiculis, cur, quomodo, quando. Item dyalectica in interrogatione ac responsione constricta est. Rethorica vero rem propositam continua oratione decurrit. Primum similiter utitur dyalectica, rethorica non, cum incrementatu brevitate contenta est. Item rethorica preter adversarium est iudicem qui inter utrosque disceptet. Dyalectica vero ille responsor quem sumat facit cum adversarius. Sedet omnis itaque certo dicta ut in materia vel [illegible] ut in fine constituta est. Fine dico quod hic quidem iudicem persuadere, illa vero que vult ab adversario extorquere conatur.

Capitulum C. De oratore et eius institucione

Instrumentum rethorice facultatis est oratio, quemadmodum si quis [illegible] utatur [illegible] declaravit. Effector orator est, cuius officium est dicere apposite ad persuasionem. Finis vero duplex: in ipso scilicet bene dixisse, in alio non persuasisse. Ysidorus ubi supra. Orator autem est vir bonus dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus, artibus. Dicendi peritus consistit artificiosa eloquencia que constat partibus quinque, scilicet inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronunciatione. Et fine officii quod est aliquid persuadere. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit, scilicet natura, doctrina, usu. Natura ingenio, doctrina scientia, usu assiduitate. Hec sunt enim que non solum in oratore sed in unoquoque homine artifice expectantur ut aliquid efficiat. Quintilianus in libro de oratoria institucione primo. Sit summa futurus orator cum in maxima celebritate et media republica vivendum est. Assuescat iam a tenero non reformidare homines neque solitaria vita pallescere. Excitanda est mens et attollenda semper, que in his secretis aut languescit et quendam velut in opaco situm ducit, aut contra tumescit inani persuasione. Necesse est enim sibi plurimum tribuat qui se nemini comparet. Consuetudo est certissima loquendi magistra, utendumque plane sermone est ut nummo cui publica forma est. Ysidorus [illegible]. Tullius [illegible] plana ubertas [illegible] preciosis fingimus. Idem in ystoria [illegible] labore, assiduo studio, varia exercitatione, plurimis experimentis, altissima prudencia, prestantissimo consilio constat ars dicendi persuadendi aut eloquencia [illegible] et dignitas dicentis, gestus et aspectus que sine voce. Tullius in libro de oratore. Memoria est thesaurus omnium rerum que nisi custos

inventis cogitatisque rebus ad[hi]beatur, omnia etiam si preclara fuerint in oratore sunt peritura. [illegible] sunt [illegible] intelligimus quod inter nos loquimur et [illegible] possumus. Tamen certe quod nunc non mirentur et inter laborandum esse arbitrentur, ut quas homines maxime in bestiis mirantur [illegible] ipsis ante cellat in genere [illegible] motus et voces ad cogitandum eloquendum maxime. Nam affert ad [illegible] quantum est mens [illegible] audit [illegible] istud etiam omnia que laudanda sunt ab [illegible] vivit. Idem. Quum autem et optime dicat, maxime dicendi difficultatem variosque eventus orationis expectationemque hominum pertimescit, qui in [illegible] et in [illegible] ipso etiam [illegible] ut et [illegible] in principiis dicendi et tota mente atque artubus omnibus contremiscam. Idem in rethorica secunda. Oportet autem in oratore esse inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronunciationem. Inventio autem in sex partes orationis consumitur, scilicet exordium, narrationem, divisionem, confirmationem, confutationem, conclusionem. Ysidorus ubi supra.

Capitulum CXI. De partibus orationis rethorice

Partes orationis rethorice quatuor sunt: exordium, narratio, argumentatio, conclusio. Prima horum auditoris animum provocat. Secunda res gestas explicat. Tercia fidem assertionibus facit. Quarta finem totius orationis complectitur. Inchoandum est itaque taliter ut benivolum, docilem vel attentum auditorem faciamus: benivolum precando, docilem instruendo, attentum excitando. Narrandum est ita ut breviter atque aperte loquamur. Argumentandum est ut primum nostra firmemus, deinde adversa confringamus. Concludendum est ita ut concitemus animos audientium implere que dicimus. Tullius in rethorica prima. Partes orationis rethorice sunt sex, scilicet exordium, narratio, partitio, confirmatio, reprehensio, conclusio. Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem, quod eveniet si eum benivolum, attentum, docilem confecerit. Benivolentia quatuor ex locis comparatur, scilicet ab nostra, ab adversariorum, ab auditorum persona et a causa ipsa unde agitur. Attentos auditores faciemus si ea que dicturi sumus magna et nova et utilia esse demonstrabimus, et nos breviter tamen [illegible]. Dociles eos faciemus si aperte et breviter summam cause exponemus. Quum docilem [illegible] simul attentum facere oportet. Nam is maxime docilis est qui attentissime

audire paratus est. Narratio est vero gestarum aut ut gestarum rerum expositio que ad persuadendum pertinet. Huic tria sunt ut sit brevis et probabilis et aperta. Multos autem imitatio brevitatis decepit ut cum breves esse putent longissimi sint; cum dant operam ut multas res breviter dicant, non ut pauca dicant. Partitio illustrem et perspicuam totam facit orationem. Huius partes sunt due. Una que quid cum adversariis conveniat et quid in controversia relinquatur ostendit, ex qua certum quiddam designatur auditori in quo animum debeat habere occupatum. Altera in qua rerum de quibus dicturi sumus breviter expositio ponitur distributa, ex qua conficitur ut certas res animo teneat auditor quibus dictis intelligat fore peroratum. Ex quo debet habere tria scilicet absolutionem et brevitatem et paucitatem. Confirmatio est per quam argumentando nostre cause fidem, auctoritatem et firmamentum adiungit oratio. Reprehensio est per argumentationem adversariorum confirmatio diluitur aut infirmatur aut alleviatur. Conclusio terminus est orationis exitus et determinatio certa.

Ca[pitulum] de rebus expetendis

Rerum expetendarum tria sunt genera. Unum quod sua vi nos allicit ad se, non emolumento aliquo captans sed sua dignitate trahens, ut virtus sua utilitate. Aliud quod non propter suam naturam sed propter fructum et utilitatem petendum, ut pecunia. Tertium conflatum ex hiis utrisque partibus, scilicet quod et sua vi et dignitate nos ducit et quandam utilitatem gerit quo magis expetatur, ut amicitia. In primo genere sunt honesta. In secundo utilia. In tertio ea que partem honestatis continent, partem utilitatis, sed in meliorem partem vocabuli conferuntur et honesta nominantur. Ex hiis conficitur ut appetendarum vero sunt partes honestas utilitas, vitandarum autem contrariarum inutilitas. Honesti autem partes due sunt, simplex et mixta. Simplex alia simplex, alia mixta, id est una que se potius appetitur, alia ex aliqua parte propter se, alia propter utilitatis fructum. In primo genere omnes res una atque eadem vi atque nomine virtus amplectitur. Nam virtus est habitus animi nature modo rationi consentaneus, et hec in quatuor partes scilicet prudentiam, iusticiam, fortitudinem, temperantiam. Prudentia est vero bonarum et malarum scientia. Iusticia est habitus animi communi utilitate conservata suam cuique tribuens dignitatem. Fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio. Temperantia est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio.

hec animi propter se solum ut nichil addatur eius laude expetenda sunt. Propter se autem vitanda sunt non modo ea que hiis contraria sunt, ut fortitudini ignavia, iusticie iniusticia, verum etiam illa que propinqua et finitima esse videntur, verumtamen cum virtute similitudinem repetitur, ut audacia fidencie, pertinacia perseverantie, superstitio religioni et huiusmodi. In secundo autem genere honesti, scilicet quod partim dignitate sui, partim utilitate nos allicit, sunt hec: gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria est frequens fama de aliquo cum laude. Dignitas est alicuius honesta et cultu et honore et verecundia digna auctoritas. Amplitudo est potentie vel maiestatis vel aliquarum copiarum magna habundantia. Amicitia est voluntas erga aliquem bonarum rerum illius causa qui diligitur cum pari voluntate. Utilitatis autem due sunt partes scilicet incolumitas et potentia. Incolumitas est salutis tuta atque integra conservatio. Potentia est ad sua conservanda et alterius optinenda idonea vero facultas.

Ca[pitulum] de generibus causarum

Tria sunt genera causarum que recipere debet orator, scilicet demonstrativum, deliberativum, iudiciale. Demonstrativum est quod tribuitur in alicuius certe persone laudem vel vituperationem. Deliberativum est positum in consultatione quod habet in se suasionem et dissuasionem. Iudiciale est quod in controversia positum est quod habet accusationem aut petitionem cum defensione vel deprecatione. Deliberativum genus est in quo de publicis utilitatibus vitae quid aut debeat aut non debeat fieri tractatur. Demonstrativum in quo laudabilis persona aut res vel reprehensibilis ostenditur. Iudiciale in quo de crimine persone facto aut pena aut premium sententia datur. Deliberativum genus duplex est, quasi consultatio et suasoria aut utribus locis dividitur, scilicet utili et possibili. Demonstrativum duplex est, species laudem et vituperationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur: ante ipsum, in ipso, post ipsum. Pari ordine contraria vituperatione. Hec forma servanda est ante ipsum homine, in ipso homine, post hominem ipsum. Boecius, ubi sup[ra]. Item demonstrativum genus. Sive est honestum et bonum. Deliberativum utile vel honestum. Iudiciale equum iustum. Item species causarum sunt quinque scilicet honestum, mirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum cause genus est cui statim sine oratione nostra favet animus auditoris. Admirabile eo quod est alienatus animus eorum qui audituri sunt. Humile est quod negligitur ab auditore. Anceps est in quo aut iudicatio du-

dubia est aut turpis honestati contrariu
dinis partitionibus ut benivolentia pariat
confessionem. Obscurum vero aut tardi
auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa conclusa implicata.

Capitulum xxiij. De statibus rethoricis

Status autem apud rethores dicitur ea res in qua causa consistit id est constitutio. Fit autem ex intentione atque depulsione. Status autem causarum duo sunt: rationalis et legalis. De rationali oriuntur generales quattuor: coniectura, finis, qualitas, translatio. De fine iudicialis et negotialis. De iudiciali absoluta et assumptiva. De assumptiva concessio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio. De concessione purgatio et deprecatio. Item de legali statu hec oriuntur: scriptum et voluntas, legis contrarie, ambiguitas, collectio sive ratiocinatio et diffinitio legalis. Boetius ubi supra. Rethorica quidem inest speciebus suis aut causis. Causa est controversia alia constitutionis formata. Causarum vero partes status esse dicuntur, quos etiam constitutiones aut questiones nominare licet. Omnis autem rethorice questionis materia scripti controversia in causa aut preter scriptum dicitur. In scripto quinque modis fit. Primus modus est cum hic scriptum, ille defendit ille sententiam, et dicitur scriptum et sententia. Secundus cum inter se leges quedam contrarian tate dissentiunt et dicitur status legis contrarie. Tertius cum scriptum duo qua contendit sententia claudit ambiguam, et dicitur ambiguitas. Quartus cum ex eo quod scriptum est aliud non scriptum intelligitur. Et hic vocatur sillogismus dicitur, qui et ratiocinatio et quidam sillogismum consequenciam investigat. Quintus cum scriptum vis nominis non facile nisi interpretatione claruerit nisi diffinitione detecta sit, et vocatur finis. In scripto ergo hee sunt que fiunt. Preter scriptum in quas vero constitutiones posite sunt hee: an sit, quid sit, quale sit. Prima dicitur coniecturalis, secunda finitiva constitutio, tertia qualitatis qualitatis in qua causa equalitatis et equitatis comparationis ratione. Hec autem in duas partes distribuitur: aut enim in preteritum quo de qualitate proposita dicitur iudicialis, aut in presens vel futurum et hec negotialis. Iudicialis in duas partes dividitur: aut enim in ipso facto vis defensionis inest et dicitur absoluta qualitas, aut extrinsecus assumitur et hec assumptiva constitutio dicitur in quattuor partes dividitur. Aut enim concedit crimen, aut removet, aut refert, aut comparat. Concedit quidem cum nulla intendit sed defensio sed venia postulatur.

...o fit duplex: aut deprecando aut purgando. Aut deprecatur si nihil excusationis attulit. Purgatio autem fit cum factum culpa hic ascribit quibus obsisti non possit, nec tamen persone sunt. Id enim malum constitutum cadit. Sunt autem hec imprudentia, casus, necessitas. Remotio criminis cum aliquem qui intersit malum tulerit. Et hec duplex, scilicet removendo causam vel factum. Causa removetur cum alicuius potestate aliquid esse factum ostenditur. Factum vero cum alius aut potuisse aut debuisse facere demonstrat. Et hec maxime valet cum talis in nos intendit accusator quod nos id fecimus quod fieri non oportuit. Refertur crimen cum in aliquem iuste quod missum est factum ostenditur eo quod is in nos saepe fuerit et id pati meruerit. Comparatio fit cum aliquid melius utilius ne venit factum esse ad defendendum arguit crimen esse defendit. Horum autem sunt alie diffinitiones ac divisiones minutissime que in rethoricis libris diligentius continentur. Ysidorus ubi supra.

Capitulum xxiiij. De sillogismis rethoricis

Sillogismus grece latine argumentatio appellatur. Argumentatio autem dicta est quasi argute mentis oratio qua inventum probabile exequimur. Sillogismus igitur est propositionis et assumptionis confirmationisque extrema conclusio aut ex incerto aut ex certis aut dubii constans. Constat enim tribus partibus: propositione, assumptione, conclusione. Sillogismorum apud rethores principalia genera duo sunt: inductio et ratiocinatio. Inductio est que rebus non dubiis captat assensionem eius cum quo instituta est, sive inter philosophos sive inter rethores sive inter sermocinantes. Inductionis membra sunt tria: primum propositio, secundum illatio que et assumptio dicitur, tertia conclusio. Propositio inductionis est que similitudines concedende rei unius aut plurium illatio inductionis est que rem de qua contendit intro ducit. Conclusio que aut concessionem illationis confirmat aut quid ex ea conficiatur declarat. Ratiocinatio est oratio qua id de quo est quaestio comprobatur. Ratiocinationis modi sunt duo: primus enthimema, qui est imperfectus sillogismus atque rethoricus. Secundus epichirema, qui est incontinuus et latior sillogismus. Enthimematis membra [illegible] sunt quinque: primum convincibile, secundum ostentabile, tertium sententiale, quartum exemplabile, quintum collectivum [illegible]. Sequitur [illegible] epichirema de scendens de ratiocinatione [illegible] latior [illegible] enthimematio, quanto latior rethoricus sillogismus [illegible] latitudine distans

ex inductione sermonis ad dialecticos syllogismos qui a rhetoribus datur. Hic autem constat tribus modis. Primus modus tripertitus est, secundus quadripertitus est, tertius quinquepertitus est. Tripertitus epicherematicus est syllogismus qui constat membris tribus, id est propositione, assumptione, conclusione. Quadripertitus est qui constat quattuor membris, in quo una propositio, secunda assumptio et una propositionis sive assumptionis connectitur probatio, et conclusio. Quinquepertitus itaque est qui constat quinque membris, id est prima propositione, secunda eius probatione, tertia eius assumptione, quarta eius probatione, quinta conclusione. Boetius ubi supra.

Ca. xcij de locis rhetoricis

Loci autem rhetoricarum argumentationum ex attributis personae vel negotio veniunt. Persona est quae in iudicium vocatur, cuius dictum aliquod factumve reprehenditur. Negotium est factum dictumve personae propter quod in iudicium vocatur. Praeter haec duo autem nihil in iudicio versatur [?] praeter personam scilicet et negotium. Haec igitur duo non possunt argumenta facere, quia de his quaestio est. Argumentum autem est ratio rei dubiae faciens fidem; de dubiis autem dubitata ea fidem facere non possunt. Faciunt autem negotio fidem ea quae sunt personis et negotiis attributa. Et si qua persona negotio faciat fidem, ut si credatur contra rempublicam sensisse Catilina quia persona est maiorum turpitudine decorata [?], tunc non in eo quod persona est et in iudicium vocatur, sed in eo quod ex attributis personae quandam suscepit qualitatem, ut aut vero ordo [?] clarus antecessit [?]. Circa id quod constantiae sunt quae quemcumque [?] sibi causis efficiuntur [?]; has autem modus sic perficit [?] Cicero, ut eam quae est prius in attributis personae ponat, reliquas autem in attributis negotii constituat. Et primam quidem quae personae attribuit in xi partes dividit. Hae sunt autem: nomen, natura, victus, fortuna, studium, casus, affectio, habitus, consilium, facta et orationes, eadumtaxat [?] quae extra illud factum dictumque sunt quod nunc in iudicium devocatur. Reliquorum vero quas in attributis negotii ponit, quod est cum ipso negotio continentia dicit, cum in causa constitutiones [?]. Quod autem in quattuor partes secatur, scilicet in summam facti, ut est parentis occisio; et causam, ut cur gladium arripuit; et dum fit, ut vehementer percussit [illegible] post factum, ut maledicto se in [illegible] sunt se velint vestimenta ante [illegible] quattuor constantias [illegible] ponit [illegible] cum ingestione negotii [illegible] quae est secunda pars attributorum negotii [illegible]. Et illam quidem quae e-

-cunda pars attributorum negotiis est illa quidem quae est quam dividit in [?] ut nocte fecit; et occasionem, ut cum omnes dormientibus [?]; ubi id dicit locum, ut in cubiculo; quis autem modum, ut clam; quibus adminiculis facultatem, ut cum multis comitibus [?]. Tertia pars eorum quae attributa negotio dicuntur sunt adiuncta negotio, ut genus vel species, contrarium, eventus, comparatio. Consequentia vero quarta pars est attributorum negotio. Haec itaque quae in attributis personae ac negotio constituunt, sunt velut in dialecticis locis ea quae in ipsis de quibus quaeritur haerent.

Ca. xciij de adiunctis [illegible]

Reliqua vero quae vel sunt adiuncta negotio vel gestum negotium consequuntur talia sunt quasi ea quae secundum Themistium partim ex sumptis [?] partim extrinsecus sunt, partim in mediis ponuntur. Secundum Ciceronem autem aut affecta sunt summa [?] vel extrinsecus posita sunt. Cum adiuncta negotio affecta quodammodo ad id de quo quaeritur, nam constantiae [?] rem [?] et quasi in relatione veniunt, si quid ad se continentes vel ad id quod continent referantur, aut species sit aut genus; vel aut ad id quod aliquod longissime distet contrarium, vel ad finem suum eventus. Eodem etiam modo et maiora et minora et paria [et] similia comparantur. Et hi quidem loci a prioribus differunt, quia illi vel facta continent vel factis inseparabiliter adhaerent, ut locum et tempus. Hi vero qui sunt adiuncta negotiis non ipsi negotio adhaeserunt, sed accidunt circumstantiis, et tunc demum argumenta praebent cum ad comparationem veniunt. Consequentia vero negotium nec in ipsis rebus insunt nec eis inseparabiliter adhaerent, nec [illegible] referunt [?], sed rem gestam vel antecedunt vel consequuntur. Et hic locus totus extrinsecus est. Primum enim quid [illegible] non de eo nomine [?] sed quo id quod factum est appellari conveniat. Deinde quae sit eius rei lex, consuetudo, pactio, iudicium, artificium. Horum [illegible] personis ac negotiis attributa dividit, et [illegible] partim in gestione negotii, et hoc factis adhaerentia, partim quod adiuncta negotio constet in relatione, partim gestum consequuntur negotium. De locis autem extrinsecus sumitur [?]. Haec de rhetoricis locis sufficiant. Ysidorus [?] ubi supra.

Ca. xciiij de compositione ornatu orationis rhetoricae

Componitur autem instruiturque omnis oratio verbis, commate, colo et periodo. Comma est particula sententiae, colon membrum, periodus ambitus vel circuitus. Fit autem ex coniunctione verborum comma, ex commate colon, et ex colo periodus. Periodus autem longior

esse non debet quam ut uno sermone proferatur. Sit autem pura et honesta oratoris eloquium tale debet omnibus modis tam in litteris quam in verbis etiam in sententiis augeatur et ornetur. Oratio etiam figuris verborum et sententiarum. Nam quia directa et perpetua oratio fatigationem atque fastidium tam dicenti quam audienti creat, flectenda est in alias species formanda, ut et dicentem reficiat et ornatior fiat et iudicem diverso vultu audituque deflectat. Ex quibus plurime adnotate sunt in instrumentis artis grammatice annotate. Iam vero in eloquendo illud intuendum est ut res, locus, tempus, persona audientis efflagitat, ne profana religiosis, ne inverecunda castis, ne levia gravibus, ne lasciva seriis, ne ridicula tristibus misceantur. Sic enim non sit satis videre quid dicat, nisi id etiam quomodo ante excogitet dicere, vel id quod tunc nisi id quod dicere conveniat facere. Dicenda sunt quedam submissa leniter, incitata graviter, inflexa moderate. Hoc est enim illud trimodum genus dicendi: humile, medium, grandiloquum. Ita parvis in causis nec grande nec sublime dicendum est, sed leni ac pedestri more loquendum. In causis autem maioribus, ubi de deo vel hominum salute referimus, plus magnificentie et fulgoris est exhibendum. In temperatis vero causis, ubi nihil agitur ut agat, sed tantummodo ut delectetur auditor, utrumque moderate dicendum est. Tullius in sua rethorica. Oratoria locutio tria debet inscribi: scilicet elegantiam, compositionem, dignitatem. Elegantia est que facit ut unumquodque pure et aperte dici videatur. Compositio est que facit omnes partes orationis equaliter perpolitas. Dignitas est que reddit ornatam orationem varietate distinguens. Actor.

Ca. cix De arte poetica.

Post artem rethoricam dicendum restat de poetica, quam de alpharabius in libro de divisione scientiarum inter logice partes ultimam ponit. Idem in libro de ortu scientiarum ita describit: poetica inquit est scientia ordinandi metra secundum proportionem dictionum et temporum pedum ac eorum numerorum. Idem quoque dicit in libro de divisione scientiarum quod poetice proprium est sermonibus suis facere imaginari aliquid pulchrum vel fedum quod non est, ita ut auditor credat et aliquid abhorreat vel appetat. Quamvis enim certum sit non ita esse in veritate, animi tamen audientium eriguntur ad horrendum vel appetendum quod imaginatur. Sunt autem species eius sex, scilicet comediam, tragediam, invectionem, satiram, fabulam, historiam, argumentum. Est autem comedia poesis a leto principio in tristem finem desinens. Invectio est carmen reprehensorum animo bono malivolo fine compositum. Satira vero est carmen reprehensorum animo bono compositum. Fabula est nec vera nec verisimilis narratio. Historia est rei geste narratio. Argumentum est rei verisimilis voluntaria similitudo.

Ca. cx De poetis.

Poete unde sunt dicti sic Tranquillus ait: Cum primum homines exuta feritate rationem vite habere cepissent, seque ac deos suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium sibi utrumque magnificentiam ad religionem deorum suorum excogitaverunt. Laudes eorum et verbis illustrioribus et iucundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur, que poetes dicitur, poema vocitatum est, eiusque fictores poete. Lirici poete a varietate carminum, unde et lira dicitur. Tragedi dicti sunt eo quod initio canentibus premium erat hircus, quem Greci tragos vocant. Comedi appellati sunt a loco, quia circa pagos agebant, quos Greci comas vocant. Vel a comessatione: solebant enim post cibos homines ad eos audiendos venire. Sed comici privatorum hominum predicant acta, tragici vero res publicas et regum historias. Item tragicorum argumenta ex rebus luctuosis sunt, comicorum ex rebus letis. Duo sunt genera comicorum, scilicet veteres et novi. Veteres, qui et ioco ridiculares extiterunt, ut Plautus, Accius, Terentius. Novi qui et satirici, a quibus generaliter vitia carpuntur, ut Flaccus, Persius, Iuvenalis vel alii. Hi enim omnium delicta corripiunt et describunt, unde et nudi pinguntur, eo quod per eos vitia singula denudentur. Satirici autem dicti sive quod pleni sint omni facundia, sive a saturitate et copia; de pluribus enim simul rebus loquuntur. Quidam autem poete theologi dicti sunt, quoniam de diis carmina faciebant. Officium autem poete in eo est ut ea que vere gesta sunt in alias species obliquis figurationibus cum decore aliquo conversa transducant. Apud poetas autem tres caracteres esse dicuntur: unus in quo tantum poeta loquitur, ut est in libris Virgilii georgicorum; alius dragmaticus, in quo nunquam poeta loquitur, ut est in comediis et tragediis; tertius mixtus, ut est in Eneide. Nam poeta illic et introducte persone loquuntur. Idem in primo.

Ca. cxi De prosa et metro.

Prosa est producta oratio et a lege metri soluta. Prosum enim antiqui productum dicebant et rectum. Alii prosam aiunt dictam eo quod sit profusa. Tam apud Grecos quam apud Latinos longe antiquiorem curam fuisse carminum quam prose. Omnia enim prius versibus condebantur. Metra vocata sunt quia certis pedum mensuris atque spatiis terminantur. Mensura enim cum certa metron dicitur. Versus dicti

sunt alios ex pedibus in ordine suo dispositis et sono fine moderavit, et articulos quia ea et membra nominavit, qui velut ligamentis singulis iunguntur, quo indicium possit sustinere. Rithmum statuit ratio unde revertitur, et alios quo usum vocatum quod revertitur. Huic adicit rithmus qui non est sine modulatione, sed tamen rationabiliter ordinatis pedibus currit, qui latine nihil aliud quam numerus dicitur, de quo est illud: Numeros memini si verba tenerem. Item poema Graeco nomine dicitur opus multorum librorum; poema unius. Distinctio duorum monostichorum. Centones apud grammaticos vocari solent qui de carminibus Homeri seu Virgilii ad propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sarciunt corpus ad facultatem cuiusque materie. Denique Proba uxor Adelphi centonem ex Virgilio de fabrica mundi et evangeliis plenissime expressit, materia composita secundum versus Virgilii, et secundum versus materiam concinnavit. Sic quoque et quidam Pomponius ex eodem poeta inter cetera stili sui otia Tityrum in Christi honorem composuit, similiter et de Eneidos. Ca. xxxv. de carmine et pedibus.

Carmen vocatur quidquid pedibus continetur, cui nomen datum existimant eo quod carptim pronuntiaretur. Metra vel a pedibus nuncupata sunt, vel a rebus que scribuntur, vel ab inventoribus, vel a frequentatoribus, vel a numero syllabarum. A pedibus, ut dactilica, iambica, trochaica. A numero, ut trimetrum, tetrametrum, pentametrum. Ab inventoribus, ut Anacreontium, Sapphicum, Archilochium. Nam Sapphica Sappho mulier edidit, Archilochius quidam dactilicum scripsit. Simonidia, quod invenit Simonides poeta lyricus. A frequentatoribus, ut Asclepiadia, a rebus que scribuntur, ut elegiaca. Heroicum enim carmen dictum quod eo virorum fortium res et facta narrantur. Nam heroes appellantur viri quasi aerii et celo digni propter sapientiam et fortitudinem. Quod metrum auctoritate cetera metra precedit. Constat autem duobus pedibus, dactilo et spondeo, et frequenter vel ex solis spondeis vel ex solis dactilis, quod tamen spatiosissimum fit utriusque mixtura. Hoc primum Moyses in cantico Deuteronomii longe ante Pherecidem et Homerum cecinisse probatur. Unde apparet antiquiora fuisse apud Hebreos studia carminum quam apud gentiles, siquidem et Iob Moysi temporibus adequatus hexametro versu dactilo spondeoque decurrit. Elegiacus autem dictus eo quod modulatio eiusdem carminis conveniat miseris. Bucolicum, id est pastorale carmen appellatum a bobus de maiori

parte quamvis opilionum captatorumque sermones in his et cantica reserantur, pluribus potius inlatum laudes resultant. Epithalamia sunt carmina nubentium, que decantantur a scholasticis in honore sponsi et sponse, dictum autem epithalamium eo quod in thalamis decantetur. Threnos quod latine lamentum vocatur, primus Simonides poeta composuit, quo tempore sicut ut cithara lugens in honore mortuorum. Dictus est post hunc apud Grecos Pindarus poeta lyricus, ad quod lamenta ad similitudinem(?) Alcmeonis(?) [illegible]. Epitaphium Grece, latine supertumulum est, est enim titulus mortuorum, qui in defunctorum vita, mores et etas eorum. Epigramma est titulus quodlibet inscriptio in poetis. Ca. xxxvi de fabulis poeticis.

Fabulas poete a fando nominaverunt, quia non sunt res facte, sed tantum loquendo fictae. Que ideo sunt inducte, ut fictorum mutorum animalium inter se colloquio imago quedam vite hominum nosceretur. Sunt autem fabule aut Esopice aut Libistice. Esopice sunt, cum animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel que animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petre, flumina. Libistice autem dum hominum cum bestiis, aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium. Fabulas poete quasdam delectandi causa finxerunt, quasdam ad naturam rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati sunt. Delectandi causa fictas, ut eas quas vulgo dicunt, vel quales Plautus et Terentius composuerunt. Ad naturam rerum fabulas fingunt, ut Vulcanum claudum, quia per naturam numquam rectus est ignis, et illa triformis bestia: Prima leo, postera draco, media ipsa Chimera, id est capream, etates hominum per eam volentes distinguere, quarum prima ferox et horrens, ut leo; eiusdem vite tempus ut capra, quod acutissime videat; tunc fit senectus casibus inflexis, ut draco. Sic et hippocentaurum fabulam esse confictam, id est hominem equo mixtum, ad exprimendam humane vite velocitatem, quia equum constat esse velocissimum. Ad mores, ut apud Oratium mus loquitur muri, et mustela vulpecule, ut per narrationem fictam ad id quod agitur verax significatio referatur. Unde et Salomon ligna sibi regem requirunt et loquuntur ad oleam et ad ficum et ad vitem et ad rubum, quod totum utique ad mores fingitur, ut ad rem quam intendit ficta quidem narratione, sed veraci significatione veniatur. Sic et Demosthenes orator fabula usus est adversus Philippum; qui cum ab Atheniensibus postularet ut decem oratores dederent sibi, et tunc ille discederet, finxit ille hanc fabulam, qua dissuaderet dicens lupos aliquando pastoribus

quorum diligentiam decipere noluissent simulasse
et in amicitia convenisse. Ea tamen conditione
ut sibi canes in quibus erat causa iurgiorum
in securitatis tradentur. Amisisse pastores
in spe securitatis dedisse canes quos cum
suarum vigilantes custodes habebant. Tunc
lupi adempta cum fortitudine omne quod
in gregibus illis erat non pro saturitate tan-
tum etiam pro libidine laceraverunt. Pro[illegible]
quamque prelatores populi postulant quos fidelibus
possunt opprimere despoliatam custodibus urbem
reddere. Ca. CXIIII de fabulis ysopi factis contra calumpniosos et invidiosos

Tales sunt et morales
Ysopi fabule dogmatibus exempli causa
non nullas hic in loco placuit brevi-
ter inserere. Nam et legenti vel audienti in-
serunt risum acuunt et ingenium ubi gratia.
Contra calumpniosos fingit quod agnus et lu-
pus sicientes ad rivulum eundem venerunt.
Dum superius bibebat lupus longeque inferior agnus
lupus autem ut agnum vidit sic ait: Turba-
sti michi aquam bibenti. Agnus paciens dixit:
Quomodo aquam turbavi tibi a te ad me decurrit.
Cui lupus: Et maledicis michi inquit. At
ille: Non maledixi. Tu hinc? aut alteratenus
lupus improba voce dixit: Et adhuc michi
loqueris latro, statimque membra diripuit et in-
nocenti vitam eripuit. Contra illos qui
aliene saluti insidias parant fingit quod mus
ut flumen transiret auxilium a rana petiit. Illa
grosso lino pedem muris ad pedem sibi
alligavit et natare cepit. In medio autem flumine
rana se mersit. At ille pallidus dum tenet
vires, milvus eos volans vidit et utrum-
que unguibus rapuit simul ranamque pendentem sustulit.
Item contra insidiosos in ludo lusione cum
accipiter sederet ut speculetur aviculas parvas
alte pullos invenit. Luscinia superavit et
vagabat cum pater pullus suus. Fatetur inquit
Differt autem ius nature a consuetudine et constitucione. Nam iure nature omnia communia sunt omnibus, quod non solum inter eos servatum creditur de quibus legitur: Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una etc. Act. iiii, verum etiam ex precedenti tempore a philosophis traditum invenitur. Unde apud Platonem illa civitas iustissime ordinata traditur in qua quisque proprios nescit affectus. Iure vero consuetudinis vel constitucionis hoc meum est, illud vero alterius. Unde Augustinus super Iohannem: Unde quisque possidet quod possidet? Nonne iure humano? Nam iure divino domini est terra et plenitudo eius. Iura autem humana iura sunt imperatorum. Quare? Quia ipsa iura humana per imperatores et reges seculi reges distribuit deus humano generi. Item: Tolle iura imperatorum, et quis audet dicere: Hec villa mea est, meus servus est, iste servus meus est, hec domus mea est? Hec dicatis quod nos imperatori. Tullius in rethorica ii: Natura ius est quod cognationis aut pietatis causa servatur, quo iure parentes a liberis coluntur; et consuetudine ius est quod sine lege eque ac si legitimum sit usitatum est. Gracianus in summa: Dignitate vero ius naturale simpliciter consuetudini et constitucioni prevalet. Quecumque enim vel moribus recepta sunt vel scriptis comprehensa, si naturali iuri fuerint adversa, vana et irrita sunt habenda. Nicolaus papa: Mala consuetudo non minus quam perniciosa corruptela est abicienda, que nisi citius radicitus evellatur, in privilegiorum ius ab improbis assumitur. Augustinus: Veritate manifestata cedat consuetudo veritati. Item super ... Certe, ut beatus Ciprianus ait, quelibet consuetudo quantumcumque vetusta, quantumcumque vulgata veritati est omnino postponenda, et usus qui veritati est contrarius est abolendus. Hoc plane verum est, quia ratio et veritas consuetudini preponenda est, sed si consuetudini veritas suffragatur, nichil oportet firmius retinere. Ysidorus in summa. Ca. xli. De iure naturali.

Ius autem naturale est aut civile aut gentium. Ius naturale est commune omnium nationum et quod ubique instinctu nature, non constitucione aliqua habetur, ut viri et femine coniunctio, liberorum successio et educatio, communis omnium possessio et omnium una libertas, acquisitio eorum que celo terra marique capiuntur. Item depositi rei vel commendate pecunie restitutio, violencie per vim repulsio. Nam hoc aut si quid huic simile est numquam iniustum sed naturale equumque habetur. Ex decretis Graciani in prima parte: Ius nature est quod in lege et in evangelio continetur, quo quisque iubetur alii facere quod sibi vult fieri. Di. i. Et contra statuta et instituta canonum nomine censetur. Regula iuris: Iure nature equum est neminem cum alterius detrimento et iniuria fieri locupletiorem. Tullius vel de legibus i. ... vel de ethica capitulo et item sub illo titulo quod nobis innata sint virtutum semina. Ex decretis di. xii. ... Placuit sancto concilio ut metropolitane sedis auctoritate coacti unusquisque provincie episcopi rectoresque ecclesiarum unum eundemque in psallendo teneant modum quem in metropolitana sede cognoverint institutum, officia publica, id est matutinum vel missam, alii qui in principali ecclesia

celebrare non liceat. Actor. Prima vero datio c-
primus iuris naturalis est coniunctio maris
et femine quam natura omnia animalia docu-
it, nec prohibitione vetatur quod liceat alicui cum
sua in publicis dividere. Nota quod ius naturale quod-
dam est universalissimum, scilicet quod est in omnibus
rebus in concordia earum rerum et de tali
iustitia naturali agit Plato in Timeo cum
unum elementorum non potest esse sine aliis. Quod-
dam autem minus universale, quod scilicet natura
omnia animalia docuit. Et hoc ius de quali
nunc est coniunctio maris et femine. Quoddam
vero speciale quod scilicet naturalis ratio dictat, et ta-
le ius est in solis viventibus rationalibus. Unde de
tali nunc est fidelitas quam servare debet uxor
sue. Est itaque de iure naturali speciali coniugium
esse. Unde tamen cum antiquis patribus di-
spensavit Deus, non quantum ad essentiam
virtutis, scilicet castitate, sed quantum ad opus
virtutis, cum immutabilis est. Sed opera va-
riabilia sunt. Summa iuris. Ca. xlii. De iure

Constitutio est ius humanum positivum
quod dicitur positum quasi positum ab hoc
sive compositum. Constituere potest in
secularibus imperator. Potest etiam civitas
legem municipalem facere. In ecclesiasticis au-
tem apostolicus facit generales constitutiones
et synodus generalis. Potest etiam synodus
metropolitana vel etiam episcopus constitu-
tiones facere, sed non generales. Capitulum et capitu-
la etiam quoque quod universitas constituere pos-
sit dummodo talis constitutio non sit pre-
iudicium omnibus aliis inferri et ad constitutiones
non contradicenda tunc cum non valet. Consti-
tuendi causa est qualitas constitutionis vel causa
nove iudicialis diffinitio. Officium consti-
tutionis unico vocabulo sic comprehenditur:
permittit, punit, imperat atque vetat. Pre-
iudicat autem constitutio posterior anteriori
si contraria sit, alioquin posterior secundum priorem
intelligitur. Et hoc dico si absque eo eliguntur
imperante. Item aut ad minus illa preiudicat que
facta est ab illo qui est maioris auctorita-
tis. Vero quod ex causa statuitur aliquando dispensa-
tio et tunc cessante causa debet cessare con-
stitutio quia cum dispensatio contra ius gene-
rale sit non est trahenda ad consequentiam.
Unde dicit regula iuris: Quod contra ne-
cessitate non debent in argumentum trahi. Et
hoc dico ubi locum illud succedat. Alia causa
aliquando vero ius commune statuitur ex causa et
aut compositum est sive institutione et tunc ces-
si cesset causa debet cessare aut non. Et
tunc erit constitutio perpetua. Summa quo-
que nota quod ius positivum id est constitutionem vel
legem constitutam sive ius commune cessare fa-
ciunt aliquando necessitas, utilitas, pietas, stan-

dalum, contraria constitutio, contraria quoque
consuetudo. Regula iuris. Ca. xliii. De iure civili

Omnis diffinitio in iure civili periculosa
est, parum est enim ut subverti non possit.
Ysidorus in v. Ius civile est quod quisque
populus vel civitas sibi proprium humana divina-
que causa constituit. Iustinianus in principio Institutionum. Omnes
autem populi qui legibus et moribus reguntur
partim suo proprio partim communi omnium homi-
num iure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi
ius constituit, id ipsius proprium civitatis
est vocaturque ius civile quasi proprium ius
ipsius civitatis. Quod vero naturalis ratio inter
omnes homines constituit, id apud omnes populos
peraeque custoditur, vocaturque ius gentium,
quasi quo iure omnes gentes utuntur. Ius ci-
vile constat aut ex scripto aut ex non scripto.
Scriptum ius est lex, plebiscita, senatus
consulta, principum placita, magistratuum edicta,
responsa prudentum. Lex est quod populus Roma-
nus senatorio magistratu interrogante, velu-
ti consule, constituebat. Plebiscitum est quod
plebs plebeio magistratu interrogante, velu-
ti tribuno, constituebat. Plebs autem a populo differt
ut species a genere. Nam appellatione populi universi
patricii et senatores etiam cives significantur;
plebiscita lege Hortensia lata non minus
valere quam leges ceperunt. Senatus consultum
est quod senatus iubet atque constituit. Sed et quod
principi placuit legis habet vigorem. Responsa pru-
dentium sunt sententie et opiniones eorum quibus
permissum erat iura condere. Nam antiqui-
tus institutum erat ut essent qui iura pu-
blice interpretarentur, quibus a Cesare ius respon-
dendi datum est, qui iuris consulti appella-
bantur. A quorum ipsorum media recedere non lice-
bat. Ca. xliiii. De iure Atheniensium et Lacedemoniorum

Ius civile a duabus civitatibus Athenienses
emanavit: Atheniensium et Lacedemoniorum. La-
cedemonii ea que pro legibus observabant
memorie mandabant. Athenienses ea que
in legibus scripta erant custodiebant. Hec
Elinandus in cronicis suis l. xiii. Regnante
Ioas in Iuda Ligurgus Lacedemoniis iu-
ra composuit. Iustinus l. iii. Ligurgus legi-
bus suis nichil aliis sanxit cuius non
ipse documenta primus daret. Aurum argen-
tumque sustulit ut omnium scelerum materiam sustulit;
fundos omnium equaliter inter omnes divisit, ut
equata patrimonia neminem potentiorem altero
redderent. Convivari omnes publice iussit ne
cuius divitie vel luxuria in occulto essent.
Iuvenibus non amplius una veste toto
anno uti permisit, nec quemquam progredi nec epu-
lari opulentius. Emi singula non pecunia
sed compensatione mercium iussit. Pueros puberes no-
n in forum sed in agrum deduci iussit ut primos

annos non religione sed in cunctis ope et labo-
re egerit. Licet eos pupilli causa constitue-
ret interim tutor pupillo regi. Licet plus in
urbem reddere quam cum sua essent statuit.
Virgines sine dote nubere iussit, ut uxores
non pecunie eligerentur. Maximum honorem
non divitum et potentium sed senum esse sta-
tuit. Hec et alia que solutis antea mori-
bus dura videbantur auctorem eorum Apol-
linem Delphicum finxit, et inde se ea detu-
lisse. Deinde ut eternitatem suis legibus da-
ret, iureiurando obligat civitatem nichil
eos de eius legibus mutaturos priusquam re-
verteretur. Simulans se ad oraculum Delphici Apollinis profecturum
consulturum quid addendum vel mutandum legibus
videretur. Profectus est autem Cretam ibique volun-
tarium exilium perpetuus egit, moriensque abici ossa
sua in mare iussit, ne forte Lacedemo-
nii referrent et sic se putarent Lacede-
monii solutos iureiurando. Draconis
tempore regnante Sedechia Solon Athenien-
sis unus de vii sapientibus Draconis
sive Draci legibus antiquatis, contra eas
que ad fagionem pertinebant, non genti-
um periculum iura composuit. Primus etiam
libris iulatum translate leges Rome compo-
site sunt. Guillelmus li. 8. Ca. xxxix De ortu et incremento iuris apud romanos

Quirinusque vel potentissima ius apud roma-
nos ius preceptum est. Pomponius li. sin-
gulari enchiridii tradit Romulum
divisisse populum in xxx partes quas curi-
as appellavit, quia tunc rei publice curam
per sententias earum partium expediebat. Et ita tunc
et ipse leges curiatas tulerunt et se-
quentes reges, que omnes conscripte sunt in
li. Sexti Papirii qui fuit tempore Tarquinii
Superbi, qui liber appellatur ius Papirianum
non quia ipse Papirius de suo quicquam ibi ad-
iecit, sed quod leges sine ordine latas in unum
composuit. Exactis deinde regibus lege
tribunicia omnes eorum leges exoleverunt,
iterumque cepit populus Romanus incerto magis
iure et consuetudine aliquanta quam per le-
gem latam. Postea ne diutius hoc fieret
placuit publica auctoritate x constitui viros
per quos peterentur leges a Grecis civitatibus
et civitas fundaretur legibus, quas in
tabulis eboreis perscriptas pro rostris com-
posuerunt, ut possent leges apertius perci-
pi. Datumque est eis ius eo anno summum, uti
leges corrigerent et si opus esset interpre-
tarentur, ut qua provocatio ab eis fieret
ceteris magistratibus fieret. Qui et ipsi anima-
dverterunt aliquid deesse illis primis legi-
bus, ideoque sequenti anno alias duas eis-
dem tabulas adiecerunt, et ita appellate sunt
leges xii tabularum. Quarum ferendarum

auctorem fuisse x viris Hermodorum quen-
dam Ephesium exulantem in Ytalia quidam
retulerunt. Post hoc Appius Claudius lege
actiones ad formam redegit, in libro. Gneus
Flavius scriba libertini filius subreptum ipsum librum tradidit
populo. Id munus adeo gratum fuit populo ut tribunus
plebis fieret et senator et edilis curulis.
Hunc librum actiones continens appellatum ius
civile Flavianum. Primus iuris civilis scien-
tiam Coruncanius publice professus est. Fuit autem
maximus pontifex Papirius publicus qui
leges regias in unum contulit. Post Appi-
us Claudius unus ex x viris, cuius ma-
ximum consilium in xii tabulis scribendis
fuit. Post hunc Appius Claudius eius-
dem generis cognomento Centimanus, qui
viam Appiam stravit et aquam Claudiam
induxit et de Pirro in urbem non recipi-
endo sententiam tulit. Publius Mucius x libellos
reliquit, Brutus vii, Manilius tres. Post
hos Quintus Mucius Publii filius ius civi-
le primus constituit generatim in libros xviii
redigendo. Auditores complures. Omnis iuris con-
sultorum libri digesti sunt ab Auspidio. Nam
iura in xl libros. Omnis reliquit. Hic
et hos libros attigit. Tempus fuit Labeo, qui
noluit cum afferretur ei consulatus ab Augu-
sto, quo suffectus fieret, et honore suscepto
plurimum studiis operam dedit, et totum annum
ita diviserat ut Rome sex mensibus esset cum
studiosis, sex mensibus conscribendis libris operam daret. Reliquit
xl volumina hic dicta velut diversas sectas
fecerunt. Antistius Capito et hic qui eo tempore
dicebantur. Perseverabat Labeo ingenii
qualitate et fiducia doctrine plurima innova-
re instituit. Ysidorus ubi supra. Ca. xlvi

Ius quiritium est proprie De iure quiritum romanis
romanorum quod nulli tenent nisi quirites, proprietatibus
id est romani, tamquam de legittimis he-
reditatibus, de cretionibus, de tutelis, de usu-
capionibus. Constat autem ius quiritum ex
legibus et plebiscitis, constitutionibus principum
et edictis, sive prudentum responsis. Lex est con-
stitutio populi qua maiores natu simul cum
plebibus aliquid sanxerunt. Scita sunt que
plebes tantum constituunt, et vocata scita
quia plebs sciat vel quod sciscitat et rogat ut
fiat. Senatusconsultum est quod tantum senato-
res populis consulendo decernunt. Constitutio
vel edictum est quod rex vel imperator constituit
vel edicit. Responsa sunt que iuris consulti
respondere dicuntur consulentibus, unde et Respon-
sa Pauli dicta sunt. Erant quidam prudentes
et arbitri equitatis, qui institutiones civilis
iuris compositas ediderunt, quibus dissi-
dentium lites contentionesque sopirent. Que
dam etiam leges dicuntur ab hiis qui condiderunt

ut compilavit tribunicie Julie carnelie
pappia pompeia falcidia aquilia Satura
rio lex est que de pluribus simul rebus elo
quitur dicta a copia rerum et quasi a satur
tate unde et satura scribere est poemata va
ria condere ut oracij iuvenalis et persij
leges novelle hodie leges novarum constitutionum
sunt a iustiniano condito codice quoniam iniqua
antiquitatis vitatorum usus fuit. Ecclesia
in decretis d. ij. C. xl. d. Inter canones
Ecclesiastica vero institutio canonis
nomine censetur. Idem d. iij. Canon
grece latine regula interpretatur. Regu
la dicta est eo quod recte ducit nec aliquando
aliorsum trahit alij dixerunt regula
dictam vel quod regat vel quod normam recte vivendi
di prebeat vel quod distortum pravumque est corri
gat. Porro canonum alij sunt decreta pon
tificum alij statuta conciliorum. Conciliorum
vero alia sunt universalia alia provincialia.
Ex d. xix. Agatho papa omnibus episcopis Sic
omnes apostolice sedis sanctiones accipi
ende sunt tamquam ipsius divina voce Petri fir
mate. Item ex capitulo Caroli imperatoris
In memoria beati Petri apostoli honoremus sanctam
romanam ecclesiam et apostolicam sedem ut que
nobis sacerdotalis mater est dignitatis esse
debeat ecclesiastice magistra rationis et licet vix
ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum
tamen feramus et pia devotione tolleremus.
Item et Sic ergo nunc sine dolore prostrati
omnesque apostolicis nascuntur canonum preceptis vel
decretis. Hugo cathalanensis preceptiones ca
nonum seu prosolutiones que a apostolicis vi
ris romanis pontificibus seu ceteris ortho
doxis patribus tradite ad nos usque perve
nerunt quam salubres et utiles sunt esse dici
evidenter ostendit ratio et gravissima prim
comprobat auctoritas. Ipsis enim tamquam regimi
ne spirituali regimur ac gubernamur. Ipsis cano
nibus dico tamquam regulis arcemur ab il
licitis quibusque et inhonestis cohibemur. Per
ipsos ecclesiasticis doctrinis intendere disciplinis
et rebus divinis adhibere diligentiam. Secun
dum ipsos omnes fere ecclesiarum administrationes dispe
santur et ut verbis pape leonis utar ipsi
sunt per quos episcopi iudicant. Ipsi per quos epi
scopi et clerici iudicantur. Proinde omnibus fideli
bus corporum virtutum seu utilitate obediendum
fidei et sacramentorum quantum plenarie continet
tam ipse ecclesia administrationes quasdam ac
preceptiones vitas ad publica esse utiliter
tum apponi meruerunt et iure autenticam
scripta communi ac speciali hac nomine intitula
ri decreta pontificum et obtinuerunt tamquam eccle
siastice leges vigorem tenuerunt. Postrema
iuris canon quid dicit multiplex dicitur. Cum

canon alicuius negocii ipse diffiniente pre
sentibus cardinalibus et supplicatis et hoc
decretum appellatur et dicitur etiam canon
alicuius iuris consultationi per rescriptum
facta missio et hoc decretalis epistola vocatur. Item
canon dicitur inviolabilis generale super universali
esse statum facta promulgatio et sic ipse sunt.
Dicitur etiam canon idem quod pensio sicut in
dicitur qui non solvit canonem per biennium re
pellatur a possessione. Postrema decretalis
decretalium. C. xlviij d. orta et supplicato
Dicit canon quod vetus nobis decretorum
ricus dampnus pie nimie muscitia
galibi dissolutos arguunta peregit
in novum ut compositionibus priorum confusionem
inferat insualem et quoniam utilitatem
procuravit penitus dissipare quam nomi
dicens homo iopus ipsius mediamali simili
tate sua turbine priorum primi parentis dis
sipatam ad amantem sui fugiens firmius
solidavit. Iuxta civitate duo viri insuales
bellatores fortissimi convenit quorum ma
ior alter suum in suo clipeo desevigat que
si sedem sanctam de medio euntes sublata
ipso esse intelo et initia plicuit reforta
sunt ergo magis ut ista dissensio sedaretur et
ipse hec iudiciorum magis est canonica doc
trina publica in medio constitutum videre
ne quis sibi promittere valeat ignorantiam
Quod autem moventur summi pontifices ad ve
tus canonum destruendam hac possit evidens
ratio assignari quia nove causarum emer
gentium qualitates novis exigunt decisionibus
terminari ut singulis morbis competentibus
remediis debitatis ius suum cuiusque salu
briter tribuatur. Hugo cathalanensis horum
canonum tanta in immensum crevit volumina
ut vel tangi non possent ipse scriptum vel
scribi vel legi per fastidium. Quare decretalibus
aut romanis sibi immixte pontificibus tot
et tanta apposita sunt partium originalibus
corporum aliis partim ex capitulis eorum vel rectorum
virorum plurimum ut omnem memoria superat
excedunt. Cuius rei ipse pontifex alij in multis
edita est consiliis cum hec inter certum inserta
sunt ipse tanta ergo librorum immensitatem
que vel legi vix poterat vel teneri memoria
cogitavit quidam doctores prudenti in
tellectu salubri consilio provida cautela
horum opus luculenta facta abbreviatione
compilatio gloriose memorie venerabilibus vo
cari hostensis episcopus exquisita diligentia
de Pignadiis canonum regulis quedam ca
pitula ordinavit et denique de x libris
laudabili redegit compendio sed quia et
ille liber immensus est et non dum ad hoc
breviatus ut recte custodiam possit va

minuari temptavi ergo summarium illius facere et volumine eius in libellum redigere manualem. Extitit etiam apud nos liber decretorum apocrifus quem primus compilavit Ysidorus scilicet epistolas decretales romanorum pontificum canones quoque conciliorum que per successores temporum diversis locis per orbem ecclesias catholicam celebrata fuerunt in unum grande volumine compingens. De quo scilicet volumine sive corpore partibus ex epistolis pontificalibus et conciliis simul et orthodoxorum doctorum opusculis manifestum est Yvonis et Graciani decreta fuisse excerpta. Ex summa de capitulis decretalium.

Cap. xlix De compilatione [illegible] et [illegible] abbreviatione earum

Sed cum omnia non possent in corpore decretorum comprehendi post compilationem Yvonis factam et Graciani multe decretales epistole emanaverunt quarum tempore Alexandri primus fuit auctor Bernardus papiensis prepositus et etiam subsequenter episcopus ordinator que prima compilatio appellatur. Secundo tempore Celestini et Urbani Johannes Galensis quandam condidit compilationem que solebat secunda compilatio nuncupari. Set quia quedam decretales reperiebantur in illis quas romana curia non approbabat ideo Innocentius tercius per Petrum Beneventanum aliam fecit compilationem decretalium que a tempore sue promotionis usque ad xii annum ipsius continebantur vel ipsius et quasdam quas in generali concilio promulgavit que iii et quarta compilationes appellabantur. Deinde tercie compilationi et se [illegible] compilatoribus in presenti tempore Honorii pape facta fuit quedam compilatio que quinta seu Honoriana dicebatur. Et certum non decebit reprehensibile iudicari si secundum statuta temporum statuta quandoque varientur humana presertim cum urgens necessitas et evidens utilitas hoc deposcit quia ipse Deus ex hiis que statuerat in veteri testamento nonnulla mutavit in novo. Igitur Gregorius signa et prodigia in medio mundi emittere et producere [illegible] decretales sub hoc est iuris stilo iuncto compilationibus que in statu et [illegible] redigi faciebat iuxta illud sua instat et decretales a predecessoribus suis compilatas removendo superflua et incumbrancias fin[illegible] occupancia decurtavit, in unum redigi fecit per Raymundum penitentiarium suum ut de compilationibus veteribus constitutiones elicit melius [illegible]. Et ne nominibus [illegible] quam titulis et etiam capitulis ista facta est decisio. Nam

cum plures essent v volumina in quibus decretales distinguebantur habebantur hodie per Gregorianam providentiam ad volumen unicum sunt redacta in quo solum quinque distinctiones reperiuntur. Decurtavit titulos nam cum in veteribus quinque c et xxx comprehenderentur ad [illegible] xxx hodie sunt redacti. Item in capitulis scilicet non minus. Nam cum in antiquis libris v mille et xl duo essent ad mille et d iii reducuntur. Quia ergo ex tot compilationibus eorum tedium confusionem et inutilibus desperationem frequentissime inducebat propter hoc factum fuit hec compilatio que sufficit ad canonistarum [illegible]. Dividitur opus in v partes. Prima tractat de officiis clericorum et prelatorum iudiciorum. Secunda de iudiciis et processu iudiciorum. Tercia de vita et honestate clericorum. Quarta de matrimonio. Quinta de criminalibus et penis. Quare autem sic ordinavit hec est racio. Omne ius quo utimur vel ad personas pertinet vel ad res vel ad actiones. Ideo primo tractat de personis. Sed quia persone in iudicio [illegible] alias causas examinant diffiniendo vel sequendo componendo. In secundo tractat de iudiciis. Verum cum duplex sit genus hominum clericorum scilicet et laicorum quod duobus modis scilicet iure naturali et iure et moribus et vita et honestas clericorum longe preeminet vite laicorum ideo primo tractat de vita et honestate eorum. Scilicet quia in laicis vita et honestas scilicet attendi que consistit circa sponsalia et matrimonia ideo quartus de hiis intitulatur. Verumtamen cum vel clericus vel laicus vitam mundam sive inmundiciam ducere potest vel honestam sive deshonestate propter hoc quintus de criminibus et eorum penis scilicet tractatur. Vel aliter sub prima pars per officia [illegible] secunda pars testes et iudicia. Tercia de rebus et vita clericorum. Quarta dat formam vite nubentium. Quarta docet. Ultima de criminibus et penis tractat eorundem.

Cap. l De concordancia canonum

Cum autem in scriptis sanctorum patrum vel apostolorum [illegible] capitulum vel canonem reperientis ab uno quidem secundum rigorem iudicii [illegible] ab alio vero secundum indulgencie moderamen dispensatum non statim ut contrarium reprehendens scriptorum intencione diligenter intuita unam esse scripture faciem intellige que de uno caritatis fonte processit. Ubi enim [illegible] in canone quilibet statuitur secundo in clero lapsi [illegible] ordinibus post condignam satisfactionem reverti possunt et ad ordinem suum redire. Scilicet [illegible] in alio [illegible] dicta quod semel lapsi per sua ordinatione

decime pars iam depositi erant et nullum gra-
dum sacerdocii potuerunt adipisci. Putas ne
hec sunt contraria videtur superficies sic
facere dissonanciam. Sed si diligenter attendas
auctoris intencio facit concordiam. Est enim
canone illum qui aliter dispensat et mandat
ipse infirmos compassione mitigat alios ag-
gravat et intendit rigore ecclesiastice discipli-
ne. Licet desperacione venie hac dicit ne forte
cum claves ecclesie dispensantur quibus ligati
salvamur. Sed zelo quodam iusticie et furore [illegible]
stupescenda vicia ut hac singulari cautela me-
tus quidam liberi peccantibus incuteret. Multa
insuper modo invenientis canonibus imperiales
que pro necessitate temporis vel consideracione
personarum vel eciam etatis alii rigore iudicii
intenduntur. Alii pie moderacione indulgentur.
Pone ergo iam debes quia sunt quedam precep-
ciones et prohibiciones mobiles quedam im-
mobiles. Immobiles sunt quas lex eterna
sancivit que observate salutem conferunt. Non
observate eandem auferunt. Qualia sunt di-
liges dominum deum tuum etc. et honora patrem
et matrem. Non occides. Non mechaberis et similia. Mo-
biles vero sunt quas lex eterna non sancivit sed
posteriorum diligencia racione utilitatis invenit
non ad salutem principaliter obtinendam sed ad
eam tucius muniendam. Quale est illud
apostoli hereticum hominem post primam et secundam cor-
reccionem devita. Et qualia sunt que proximum
canonum itaque preceptiones vel prohibiciones mo-
biles sunt et secundum rigorem ecclesiasticum vel
moderacionem quibus arcantur ut sepe dictum est qui-
bus dispensantur. Quas si quis preceptiones vel
prohibiciones mobiles sunt et secundum rigorem
ecclesiasticum vel moderacionem quid secundum iudicium
intuitus fiunt et quid quid secundum [illegible]
dicat vigilanter attendit inveniet in eis nichil
ambiguum vel contrarietatis inveniet. Est summa
iuris canonici. In summa nota quod canonum
quedam sunt generales scilicet de statu univ-
ersalis ecclesie quedam non generales et hoc mul-
tiplicatur scilicet quoad tempore quoad locum quoad causam quoad
personam. Item quidam dati sunt secundum preceptum
quedam secundum consilium quedam secundum rigorem
quedam secundum misericordiam. Et secundum istas distinc-
ciones possunt solvi multe canonum contra-
rietates. Item epistola decretalis aliquando est con-
stitucio scilicet in qua papa aliquid statuit. Aliquando
est consultacio scilicet in qua de iure videtur. Ali-
quando diffinicio que scilicet per eam diffinitiva sentencia
negocium diffinit. Aliquando commissio que
scilicet per eam negocium alicui diffiniendum commit-
titur. Est summa decretalium. Ca. 7 li. de rescriptis

Rescriptum dicitur quod a papa vel imperatore
rescribitur ad consultacionem vel ad rela-
cionem. Rescriptum si est similis [illegible]

constitucionis. Est enim epistola decretalis et habet
auctoritatem causis diffiniendis. Similiter et quod
est preter ius. Item non tamen ius nam nullum impli-
cat contrarietatem rescribentis et illicitis iuris quod
quod sit inventum facile. Unde cum [illegible]
imperatores et ceteros principes et non rescripta tamen
ius eliciant ab omnibus iudicibus recipitur et sustenta-
ri nisi forte aliquid quod non ledat alium et pro-
sit petenti vel dumtaxat supplicantibus indulgeat.
Itaque rescriptum quod est contra ius iuxta casum
suum intelligendum est contra perpetua persuasione quod ex
aliqua causa vel imperator ita scripserit nec ad
consequenciam trahi valuit nisi voluntas eius
contraria vel per aliqua verba in rescripto conten-
ta per alia indicia apparuit tunc enim secundum vo-
luntatem eius tenendum est. Etiam contra ius di-
vino tale sit ius tamen per constitucionem pape vel impera-
toris derogari possit. Primum enim ius antiquum
abrogantur prevalet aut secundum rescriptum pre-
ceteris capitulis. Sed si de eo mencionem faciat.
Item si primum generale sit et secundum speciale. Item si
quis plures primus fit et convenit per secundas literas
et non citat eas impetrans litis. Item si ius qui
primas literas impetraverunt non sit usus eis per
annum. Alias autem regulare est quod primum valet.
Sunt partes sunt que posteriores ad arbitrium ca-
quod si vero arbitri diffinire non possunt pre-
sumatur. Si autem impetrerit rescriptum per falsi
suggestionem vel per tacitam veritatem tunc si ta-
lis sunt falsitas vel veritas qua non suggesta
vel suppressa litere tamen non fuissent non valet
ne debent iudices delegati per eas procedere
nisi in causa nisi tamen quo ad hoc ut cognos-
catur de illo mendacio alias autem valebunt
informacionem. Et nota quod hec condicio
si preces veritate nituntur in literis subintelligitur
et si non apponatur. Et qui literas impetrantur
summa illa narranda sunt ipse quibus omissis
litere non concedantur. Item in summa nota quod si
quis impetrerit literas sub hac forma conquestus
est tibi et de quibusdam aliis pro quantitate ...
clausulam non potest multitudine effrenata
in iudicium vocare nec maiores personas quam
sunt in clausula speciali sunt nominate licet contra decre-
tum(?) [illegible] si dubitacio incidat interpreta-
cio latissima debet fieri interpretacio. Et potest impe-
trari rescriptum ille cui destinatum est. Sed eius
interpretacio cuius tamen inter partes quarum causa illi
committitur facit ius et non inter alias personas.
Potest eciam interpretari papa vel eciam usus vel con-
suetudo sicut infra capitulo de interpretacione [illegible]

Privilegium est. Ca. 7 li. de privilegiis
Privilegium concessionis beneficium contra ius que in-
dultum est cum de iure competit non
de privilegia impetrari licet ex superhabundanti per-
quod conceditur quod quedam ad cautelam fit ut inde
licet plus teneat privilegium dici non debet. Item

17

cum privilegium quasi lex privata vel quia privat a lege communi vel quia in privato fertur. Privilegium etiam differt a rescripto quia datur contra ius commune. Rescriptum autem ut dictum est contra ius commune non valet nisi fiat expressa mentio de iure communi et illius iuris contra quod fit. Item mentione privilegiorum. Aliud generale aliud speciale. Generale quidem ut illud quod est indultum toti collegio clericorum vel gratia quod clerici sunt immunes a [illegible] et exactionibus pro [illegible] generalis immunitatem. Speciale vero subdividitur in personale et reale. Item et personale aliud est personale aliud personarum. Speciale et reale est quod speciale conceditur et rei vel domui competit nec cum persona finitur. Semper autem reale intelligitur nisi contrarium exprimatur. Speciale et personale est et cum persona finitur. Speciale vero et personarum quod ad posteros vel successores transmittitur. Item privilegiorum aliud est temporale aliud perpetuum. Item aliud confert ius novum aliud vetus confirmat. Item aliud est in lucro captando sicut in donatione facta ecclesie quod ultra quingentos solidos valeat sine insinuatione. Aliud in damno vitando sicut cum alicui datur contra privilegium ne contra eum currat prescriptio. Tantorum privilegium possunt concedere qui et communem legem condere, papa scilicet et imperator. Quibus cum contra legem a se conditam pati venire, unde nec ipsi legibus suis tenentur, Ulpiano dicente princeps legibus solutus est. Episcopus quoque licet communes leges non possit facere, consuetudo tamen admisit ut de hiis que pertinent ad suam potestatem possit aliqua privilegia dare vel gratias, sicut videmus monasterio privilegiate capella cum iurisdictione ecclesie baptismalis eximi et etiam [illegible] alii subiecte sicut et nunc. Potest tamen dici quod tales non sunt privilegia sed quedam concessiones. Cum autem duo privilegia inter se repugnant, si concessa sunt a comparibus auctoribus concessis antiquius preiudicat alteri. Si autem a paribus aut ambo generalia vel ambo specialia sunt et in utroque casu primum posteriori preiudicat nisi in posteriori mentio de priori fiat. Aut unum generale et alterum speciale et tunc speciale generali et alterum speciale et tunc speciale generali derogat sive prius sive posterius impetratum sunt, nisi specificata generalis precedat. Ca. xliii de effectu privilegiorum et de excessibus privilegiatorum.

Effectus privilegii est ut is cui competit eo utatur. Precepto nec aliquis etiam summus pontifex contra illud venire debet nisi aliqua causa motus velit privilegio derogari. Tali tamen in natura distinctione: privilegium aut parit actionem aut tribuit exceptionem. Si parit actionem prescribitur contra eum illo spatio quo prescriberetur si datio illa de iure competeret. Lex tamen videtur dicere quod contra privilegium currit prescriptio xl annorum. Sed illud privilegium de quo loquitur nec actionem nec exceptionem concessit, verum tamen ad factum datum est, et ideo tam longo in tempore contra illud prescriptum est. Et ad hoc videtur quod si templarius per xl annos in hac ecclesia de quo interdicta est celebrari divina fecit, ei preiudicium. Si vero tribuat exceptionem nullo tempore prescribatur contra eam exceptionem, cum temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. Item non facit ut privilegium mittetur vel amittatur sed natum privilegiandi voluntas privilegiantis et culpa privilegiati. Culpa autem privilegiatus contra privilegium committit scilicet permissa potestate abutendo contra privilegium faciendo. Privilegia quoque tacite vel expresse renunciando. [illegible] si privilegium aliquid concedat contra ius non potest ei renunciari expresse sed tacite patet sed si per x annos negligatur. Si vero non concedat aliquid contra ius renunciare potest ei renunciare expresse, ita tamen quod si sunt concessum vel non persone renuncianti persone, tunc non contra renunciatio nocebit. Hoc etiam dico nisi sit [illegible] vel penale vel toti collegio clericorum cui renunciari non potest expresse sed non tacite. Excessus itaque privilegiatorum frequens amissionem privilegii vel mutationem inducunt et eandem quod per usurpationem facto ad ignominia [illegible] invitatur. Extra de privil. et exc. priv. Privilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate. Item delictum persone in dampnum ecclesie redundare non debet. Item in beneficiis plenissima sit interpretatio adhibenda dictorum [illegible] quod privilegii beneficium quod non in dampnum alicuius conceditur largissime interpretandum est. Cum vero in dampnum alicuius strictissime interpretatur. Extra eadem in c. xx v. q. i. [illegible] hospitalitatis vel paupertatis vigore [illegible] personales sedes vel [illegible] vel duc in eum [illegible] sicut [illegible] placuerit cessante necessitate beneficiis renunciare [illegible] que eis in [illegible] indulsit [illegible] sic re[illegible] cum a religione cessaverit privilegiis eximit que religiosa [illegible] meruit privilegia quod que religiosis [illegible] concedunt vel in eo casu accipienda sunt in quo eis ita competit quod nulli aliquis derogat indebite ut personalibus quorum decimacionis nulli assignate fiant privilegiorum auctoritate decimas nulli solvere cogant vel si [illegible] instante tempore necessitate eis competit non potuit nisi aliis derogetur. Ista privilegiorum auctas esse servanda ne eorum subvenientur inopie illis ut [illegible] diminutionum augmento et possessionum non modica extempore por.

parentela bigamie seu professione castitatis pe-
nitus destituantur. De summa iuris. Ca. iiii

De principiis utriusque iuris quibus et quot sint

In primis principia sunt quedam communia
utriusque iuris scilicet civilis et iuris cano-
nici quedam vero propria singulorum. Illa quidem
que instinctu quodammodo nature cordi hominis
sunt innata communia sunt utriusque iuris
ut istud hominem homini insidiari nefas esse.
Item istud non facias alii quod tibi non vis
fieri et similia. Sunt et alia quedam communia ut-
riusque que etsi non naturalia tamen iure gen-
tium sunt introducta ut licet iustum est unum-
quodque eo genere quo ligatum est dissolvi. Item qui
non fatetur quod debet contraria ea facit videtur quod fa-
tetur debere. Et fere omnes regule contente sub
titulo de regulis iuris in digestis communia sunt
utriusque iuris fere dico propter quedam que iuri
canonico non conveniunt quod lectori diligenti
patere potest facile. Et tamen tibi quod nullum adeo
generale principium iuris generaliter est introductum
quod non patiatur exceptionem in aliquo propter qua-
litatem temporum locorum negociorum et etiam per-
sonarum quarum. Item sunt et alia multa propria
quam communia utriusque iuris que sub titulo de
regulis iuris non continentur ut licet sententiam
a non suo iudice latam nullam esse. Item quod cum
falso procuratore actum est iudicio nullum
esse adeo quod nec iudicium dici solet. Item istud
licet cuique a gravamine iudicis appellare et
multa alia. Propria sunt iuris civilis
ut quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit
iure et iniuriam propulsando iure fecisse vide-
atur. Hoc enim iure canonico cuique non licet
primo clerici arma portantes excommunicari debent
et presbiter si fuit percussus in maxilla debet
prebere et aliam. Item secundum ius civile est
omne ius et omnem actionem prescriptione xxx
vel xl annorum tolli non licet [illegible]
possidentibus bonam fidem vel malam habentibus
quod secus est secundum iura canonica quia omne
quod non est ex fide peccatum est. Item iure civili
est hoc principium [illegible] homines posse ante dif-
finitivam sententiam appellare quod non est secundum iu-
ra canonica et multa alia. Propria quoque ca-
nonici iura sunt ubi etiam homines in sacris or-
dinibus constitutum matrimonium posse con-
trahere. Item clericos committentes symoniam in
ordine irregulares effici et [illegible] or-
dinis non habere. Item neminem licet beneficium quod habet
in manum laici resignare. Item nullos infra
quartum gradum consanguinitatis se attinentes posse
se matrimonialiter copulare. Homines posse
contrahere matrimonium cum ea cum vivente
marito fidem dedit de contrahendo cum ipsa.
Item homines posse ad sacros ordines promoveri
qui duarum uxorum vel unius corrupte maritus

potuit et alia plura que ex decisionibus signi-
ficatione [illegible]. Ca. v. De interpretatione iuris

Intelligentia dictorum canonum et legum
ex causis est assumenda dicendi quia non
sermoni res sed rei est sermo subiectus. Ex
quo patet plerumque dum [illegible] verborum attendi-
tur sensus veritatis amittitur. Celestinus iii.
[illegible] verba illa intencioni debent deser-
vire. Innocentius iii. Beneficia principum sunt
interpretanda largissime [illegible] quod non est
licitum in lege necessitas licitum facit. Nam et
sabbatum custodiri preceptum est machabei ta-
men in sabbato sine culpa pugnabant sic et ho-
die si quis ieiunium fregerit egrotus reus non ha-
betur. Extra de constitutionibus. Gre-
gorius ix. Cum constitutio apostolice sedis omnes
astringit [illegible] obscurum vel ambiguum
continetur titulo de treuga et pace. Honorius
iii. [illegible] procedentibus verbis [illegible]. Iudices super
quibus ius non invenitur [illegible]
das equitate servata semper in humaniorem
partem declinando [illegible] quod personas et cau-
sas loca et tempora videris postulare. Iuli-
anus l. i dig. Neque vero leges neque senatus
consulta ita scribi possunt ut omnes casus
qui quandoque inciderint comprehendantur sed sufficit
ea que plerumque accidunt contineri. Idem in l.
xx. Non possunt omnes articuli singillatim
aut legibus aut senatusconsultis compre-
hendi sed cum in aliquo casu sententia eorum ma-
nifesta est is qui iurisdictioni preest ad
similia procedere atque ita ius dicere debet. Paulus li-
bro [illegible] ad edictum. Quod vero contra rationem iuris recep-
tum est non est producendum ad consequentias.
Idem in l. dig. de singulari iure. Ius singu-
lare est quod contra tenorem rationis propter aliquam
utilitatem auctoritate constituentium introductum
est. Celsus li. xxvi dig. Scire leges non est
hoc verba earum tenere sed vim ac potestatem. Idem
l. xxix dig. Benignius leges interpretande
sunt quo voluntas earum conservetur. Idem l. xx
xiii. In ambigua voce legis ea potius accipi-
enda est significatio que vicio caret presertim cum
etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.
Ulpianus l. xxxv ad edictum. Cum lex in
preteritum quid indulget in futurum vetat. Pau-
lus l. iiii ad Plautium. [illegible] minime mutanda sunt
que interpretationem certam semper habuerunt. Celsus
l. ix dig. Incivile est nisi tota lege perspecta
una aliqua particula eius proposita iudicare
vel respondere. Paulus l. singulari ad legem Cin-
ciam. Contra legem facit qui id facit quod lex prohibet
in fraudem vero qui salvis verbis legis senten-
tiam eius circumvenit. Ulpianus li. iiii ad ed. Fraus
legi fit ubi quod fieri noluit fieri autem non vetuit id
fit. Regula iuris. Semper in dubiis benigniora
preferenda sunt [illegible] duas partes

approximat ea potissimum opinio que veritati
de aptior est. In ambiguis orationibus maxime
sententia spectanda est eius qui eas protu-
lisset. Ubi repugnantia inter se inveniuntur neu-
trum ratum est. Que vero natura prohibentur
nulla lege confirmata sunt. In re dubia be-
nigniorem interpretationem sequi non minus iustius
quam tutius. In penalibus causis benignius inter-
pretandum est. Optima actionis iustitia no-
vata quod eorum est qui leges interpretari quorum et
eandem derogandi supremus dominus est. Et hec inter-
pretatio generalis est et in scriptis redigenda pro-
ut etiam interpretativa consuetudo que est optima
legum interpres sed non est scripta neque necessario
in scriptis redigenda cum et ipsa consuetudo
dicatur ius non scriptum. Interpretatio iudicis in cau-
sa sibi commissa sive de civilibus legis dubitetur
qualiter intelligenda sunt sive de casu qui non
est in lege comprehensus. Interpretatio tamen eius
generalis non est quia res inter quosdam iudica-
ta non preiudicat aliis et hec tamen redigen-
da est in scriptis. Potest etiam interpretatio doctorum
magistri legis sed ista neque generalis nec in scriptis
necessario redigenda est sed tamen opportunitate et uti-
litate ad conservationem memorie scribi potest.
Prima ergo est generalis et necessaria et scripta. Secunda est
generalis in loco scilicet in quo optinet et necessaria sed
non scripta. Tertia est necessaria et non generalis sed
scribenda. Quarta nec vero generalis neque ne-
cessaria neque necessario scribenda. Optima in-
terpretatio canonici.

Ca. lxxxj. De solucionibus contrarietatum iuris

Antinomia vero contrarietatum iuris
omnis nota generales solutiones que di-
versis in locis vel casibus inveniri possunt.
Aliquando namque duorum canonum vel decretalium
aut etiam legum que sibi repugnare videntur
eo modo contrarietas solvitur ut dicatur quod hec
illa posterior est et abrogat atque trahit illam
vel solucio confirmatur per legem digestis de
legibus et senatus consultis l. Non est novum et l. sequenti. A-
liquando vero sic in contrario cum agitur posses-
sorio. Ista loquitur de inde lite quod illa vero aliqu-
alitis quod vel ista loquitur in casu suo cum sed datum
est petitorio illa vero in contrario cum agitur
possessorio. Vel ista corrigit illam aut renu-
ciat vel abrogat vel quod minus in illa dicitur
in ista suppletur vel illa posterius sunt edita sed
prior ponitur in compilacione quia ibi melius
eo aptatur materie. Vel illa loquitur de rigore iu-
ris ista vero de venia et alibi est ei prescindenda
vel loco non est contrarietas quia lex vel in-
priorem hic non statuit ius sed factum narrat
vel illa loquitur secundum ius antiquum hec autem ius
modernum vel illa dictat consilium hec autem
preceptum vel illa continet ius commune hec autem
disponit de consuetudine vel continet indul-
genciam aut ius datum vel concessum specia-
le vel alia intelligitur de comparativa permissione
hec autem de qua inter vel prima sunt promulga-
ta ipse negavit. Hec autem cum nulla necessitas
esset et absque illa cessante causa cessare debet
vel illa propter improbitatem et instantiam magnam
emanavit hec autem cum deliberatione vel aliter
illa dissimulat aut tollat propter vel imperitatem in
hac autem consistit puta veritas vel contrarietas
est tunc in superficie hec non in medulla sive vel
in ista aliorum supplendum est aliquid inter et tunc
erit concordantia vel aliter hec ille contraria non
est sed secundum illam intelligitur quia per eam determi-
natur. Vel forsitan distinguendum est ut quod a-
liud est in iudice ordinario cui iniuncta est iuris-
dictio. Aliud in delegato qui postquam demandatum
dat finem suam commissam functus est officio vel
aliud in actione personali vel summaria de rebus clau-
sis in rebus mercibus demandat et aliud in rea-
li ubi statim presens est prius vel aliter illa lex
vel decretalis in desuetudine abiit quia usus
eam non approbavit vel illa loquitur indistincte
hec autem cum distinctione. Et licet canon vel
lex indistincte loquatur in ipsis tamen vel advoca-
tus distinguere debet et supplere quod omissum est
vel aliter illa loquitur confuse hec autem aperte et absque suam
dum est ei lex et tamen debet esse manifeste
vel hec et illa loquitur in diversis casibus aut ma-
teriebus aut locis aut temporibus vel causis ut
illa decretalis que dicit parcendum esse delin-
quenti propter scandalum vitandum intelligitur illa vero
que dicit contrarium intelligenda est ubi scan-
dalum non timetur vel illa per se intelligitur in se-
mel tunc peccavit hec autem ubi bis vel pluri-
es delinquat vel aliter in illa decretali papa
loquitur in foro vel consilio anime inhac autem
in foro iudicii vel in illa loquitur magistraliter
hec autem papaliter vel constituendo ius auctoritate
precepti vel illa spectat consuetudinem curie ro-
mane hec autem aliarum ecclesiarum vel aliarum de-
cretalium que sunt de decimis una specialiter
loquitur in monachis cistercientibus qui privi-
legiati sunt in multis. Alia vero in ceteris mo-
nachis vel illa de decimis prediabilibus ista vero
de personalibus vel illarum de electionibus una intel-
ligitur quod aliquid de forma electionis omis-
sum est. Alia vero quod nichil vel illa que inconvenienter
sunt inspeciam elti et eligencium ista vero que
in ipsis elti vel alia continet errorem quia eum
debent eligere canonici postularunt hec autem
nequaquam vel in aliis de appellationibus licet
in utraque iudicatis loquitur post appellationem
interpositam tunc sunt appellatum allico vel libellus
non non exhiberat aut abiiis qui causa appella-
tionis prosecuit vel qui appellationem renuncia-
vit quia non eam infra tempus legittimum

prosecuti sunt secus autem in secunda. Item si rescripta videantur contraria tunc secunda quod prius impetratum fuit et utroque in secundo fiat mentio de primo et utrumque commune speciale sit alterum generale vel utrumque generale. Item utrumque tacita veritate vel expressa falsitate fuit impetratum utroque impetrator dolo desiit uti infra annum utroque pendente citatione per [illegible] vel coram iudice delegato utroque lite pendente et utroque super re litigiosa. Item quando ad usuariorum pervenit aliud litigationem tunc eum optinet qui prevenit. Item utroque primus impetrator supersedit rescriptum usque ad litis contestationem quia tunc non valet eam si de prima mentio fiat in secundo hiis consideratis facile poterit ad contraria videri. Instituimus in fine l. j.

Ca. [illegible] De iure vel scripto quod mos [illegible] dicitur

Ex non scripto ius venit quod usus comprobavit. Nam diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitantur. Ysidorus in ethim. Ius legibus et moribus constat. Lex est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo sive lex non scripta. Nam lex a legendo vocata quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum quod pro lege suscipitur cum deficit lex. Nec differt scriptura an ratione consistat quando et legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat lex erit omne iam quod ratione constiterit dumtaxat quod religioni congruat quod disciplinae conveniat quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo quia in communi est usu. Ex decret. di. xij. Consuetudo. l. j. titulo primo. Diuturni mores nisi leges sint adversi consensu utentium approbati legem imitantur. Aug. ad Ianuarium. Quod neque contra fidem neque contra bonos mores est indifferenter est habendum et pro eorum inter quos vivitur societate servandum est. Quod ait mater mea Mediolanum me secuta invenit ecclesiam sabbato non ieiunantem cepit fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hoc beate memorie Ambrosium episcopum. At ille ait: Cum Romam venio sabbato ieiuno, cum Mediolani sum non ieiuno. Sic et tu ad quam forte ecclesiam veneris eius morem serva si cuiquam non vis esse scandalum nec quemquam tibi. Dicitur de consuetudine quoque et usu [illegible] casibus superius in l. de moribus. Ex. e. ti. de consuetudine primo [illegible]

Ca. [illegible] De consuetudine [illegible] servanda et mala [illegible] abolenda

